† Childeberthus rex Francorum, vir inluster. Cum nos in Dei nomine Carraciaco villa Grimoaldo maiorum domus nostri, una cum nostris fedilebus resederimus, ibiquae veniens venerabelis vir Chedelmarus abba adversus misso Adalgude Deo sagrata, nomine Aigatheus, suggerebat dum dicerit, eo quod monastheriolo in pago Stampinse, noncobante Lemauso, una cum adiecencias suas in quibuscumquae pagis adquae terreturiis, villabus, domebus, aedificiis, acolabus, mancipiis, libertis, campis, viniis, silvis, pratis, pascuis, aquis aquarumve decursebus, farinariis, gregis cum pastorebus, presidiis, mobilebus et inmobilebus, rem inexquaesita, ad intecrum, quicquid possessio Gammone condam et conioge suae, memorata Adalgude, fuerunt, per eorum strumenta ad monasthyrio sancti Vincenti vel domni Germani, ubi ipsi preciosus domnus in corpore requiescit, quae est sub opidum Parisiace civetatis constructus, ubi Chedelmarus abba preesse videtur, condonaverant, et ipsa strumenta in presenti ostendit ad relegenda. Relecta ipsa strumenta, sollicetum fuit ipsi Aigatheo a nobis vel a proceribus nostris interrogasse: se alequid contra ipsa strumenta dicere aut obponere volebat, in presenti dicere debirit. Sed ipsi taliter adseruit, quod ipsas donacionis, quem venerabelis vir Chedelmarus abba proferebat, veracis aderant, et eas recognovit, et nihil contra hoc dicere nec obponire volebat. Qui et ipsi Aigatheus in presenti per sua

festuca, tam pro se quam et pro ipsa Adalgude, se in omnebus de ipso monasthyriolo Lemauso una cum adiecencias vel adpendiciis suis superius intematum dixit esse exitum. Proinde nos taliter una cum nostris procerebus constetit decrivisse, ut dum inluster vir Ghyslemarus, comes palati nostri, testimoniavit, et inter ipsis fuit iudicatum, ut dum contra ipsa strumenta nihil habebat quod diceret[1]) nec quod obponeret, per sua festuca se exinde in presenti dixit esse exitum, iobemus ut ipso monasthuriolo superius nomenato, Lemauso, cum omni integritate sua ad se pertenente vel aspiciente, quem iam dictus Gammo condam vel coniox sua Adalgudis per eorum strumenta ad ipso monasthyrio sancti Vincenti vel domni Germani condonarunt, vel quicquid ipsi Gammo moriens dereliquit, abisquae repedicione iam dicta Adalgude aut heridebus suis, omni tempore ad partem ipsius monasthyriae sancti Vincenti vel domni Germani aut rectoris suos habiant aevindecatum adquae aelidiatum; et sit inter ipsis ex hac re in postmodo subita causacio. † Beffa recognovit ac subscribsit. *(S. R. c. not. Tiron.) (L. S.)* Bene valete. Data quod ficit mensis Februarius dies 25. Anno 7. rigni nostri. Carraciaco feliciter.

24. (22.) *Auftrag zu Erbzinsrecht.* (716—720.), Januar 16.

Wartmann, Urkundenbuch der Abtei Sanct Gallen 1, 3, No. 3. Vgl. die Citate zu No. 8.

In Christi nomine. Ego Erfoinus et filii mei Teotarius atque Rotarius cogitavimus Dei intuitum vel divinam retributionem vel peccatis nostris veniam promereri. Propterea vernacula terra iuris mei in loco qui dicitur Openwilare tradimus sancto Galloni viginti iuchos, et in Eberingen unum iuchum de vinea, et de colonis meis Erfoinum cum uxore sua et cum omni apertinentia sua, cum casa et cum terra et cum omnibus suis, et alium servum, nomine Waldolfum, cum casa, cum terra et cum omnibus ad eum pertinentibus, ut, dum adhuc vivimus ego et filii mei, in nostra permaneant potestate, et in anno reddamus carram de vino et carram de siligine et carram de feno et friskingam. Et si filiis meis infantes nati fuerint, sicut superius diximus, ita solvant censum et habeant potestatem; si noluerint censum inde reddere, omnia, sicut superius diximus, sint concessa ad eclesiam sancti Gallonis. Et si quis, quod non credimus, aliquis de heredibus nostris contra hunc factum nostrum ire vel irrumpere voluerit, inprimis incurrat iudicium Dei et solvat auri libras 2, et hunc factum nostrum inlesum permaneat, stipulatione subnixa[2]). Facta hec carta est in loco qui dicitur Anninchova, 17. kalendas Februarii, sub regno domni nostri Elperici regis[3]). † Signum Teotarii et Rotarii qui hanc cartam fieri rogaverunt. † Signum Siguini testis, S. Raganlozi testis, S. Vulperti testis, S. Amihuni testis, S. Wicarii testis, S. Teutarii testis, S. Nandonis, S. Ragungerii, S. Vulperti testis, S. . . . .

---

[1]) *die Vorlage hat* dicere, *Bréquigny-Pardessus* diceret. — [2]) *vgl. S. 3, Anm. 1.* — [3]) *Chilperich II, Juli 715—720.*

25*. *Schuldurkunde (epistola). Stellung der Gutsverwalter.* 721, Juni.

Bréquigny-Pardessus, Diplomata 2, 330, No. 517. Vgl. No. 17 und 18; Brunner in der Zeitschrift für das gesammte Handelsrecht 22, 68 ff.

Domno et seniore nostro viro apostolico Herlemundo, qui casam sancti Gervasii in regimen habere videtur, nos enim in Dei nomine Domnolenus, Bodoardus, Rogobertus, Bosolenus, Gembertus, Audobertus, Gundoaldus seu et Adobertus, iunioris Audranno agente de villa vestra sancti Gervasii nuncupante Arduno. Dúm cognitum est, qualiter et permissio ipsius Audranno illas inferendas vel omnia exactum, quod ex ipsa villa ad partem sancti Gervasii reddere debetur, de pagensis nostris unusquisque per manus nostras recipimus vel ad recipere habemus, unde apud Hadingan vicedomino partes exinde fecimus, et nobis de annunciata carta, quod fuit regnante Chilperico rege, de ipsa ferenda in integrum nobis iniunxit, quod ipsi pagenses nostri hoc reddebant vel nos cum ipsis, vel ipsos pagenses exinde convictos esse faciat. Propterea hanc epistolam cautionum nobis emittemus vel manu nostra affirmavimus ego Domolenus, quod de ipsa annona redebeo solidos septuaginta et duo, et ego Bodoharius solidos septuaginta tres, et ego Rigobertus solidos 34, et ego Bosolenus solidos 40 et tres, et ego Audobertus solidos 38, similiter ego Gembertus solidos 82 et drachmas 2, et ego Gundoaldus solidos 36 et dimidio, et ego Adobertus solidos 21 et tremisso, sicut diximus. Nos enim iuniores Aidoranno hoc vobis per hanc epistolam cautionis spondemus, ut medio Iulio ipsa inferenda, quod superius est intimatum, quod unusquisque de sua parte reddere debet, sicut superius est insertum et apud nos cognitum est, quod exigere petimus, sicut diximus, medio mense Iulii ipsa vobis in integrum transsolvere spondemus, ut gratiam vestram exinde adimplere debemus. Similiter et de illis fidefactis quod nostri pagenses qui hoc contemserunt, et vobis de ipsis vicis hoc vobis spopondimus, ut per unumquisque hominem de suo servitio, iuxta quod vobis quidem fecerunt et vester brevis loquitur, ipso die in integrum exinde apud nos satisfacere debeamus. Quod si hoc non fecerimus et voluntatem vestram exinde non adimpleverimus, per hanc epistolam cautione vobis spopondimus, ut inpostea, post ipso placito, totum in duplum vobis transsolvere spopondimus, quam postea epistolam cautione cum adstipulatione subnixam[1]) manus nostras subter firmavimus et adfirmare rogavimus. Actum Cenomannis civitatis, in mense Iunio, in anno 1. regnum domini nostri Theoderici regis. Signum Domnoleno . . .[2]), qui hanc epistolam cautionis affirmaverunt conscientes. Bertrannus rogitus subscripsi, Teobaldus subscripsi, Adebertus subscripsi, Odilus scripsi et subscripsi.

---

[1]) *vgl. S. 3, Anm. 1.* — [2]) *es folgen noch die signa der übrigen Aussteller.*

26.* *Veräusserung von Bokland durch den liber antiquus.* 734—737.

Kemble, Codex diplomaticus aevi saxonici 1, 98, No. 82. Vgl. Brunner, Zur Rechtsgeschichte der römischen und germanischen Urkunde 1, 169 ff.

† Gloriosissimus Mercensium rex Aethelred, cum comite suo, subregulo Huuicciorum Oshero, rogatus ab eo, terram 20 cassatorum iuxta fluvium, cui vocabulum est Tillath, duabus sanctimonialibus, Dunnan videlicet et eius filiae Bucgan, ad construendum in ea monasterium, in ius ecclesiasticum sub libera potestate pro venia facinorum suorum condonavit propriaeque manus subscriptione hanc eorum donationem firmavit. Praefata autem Dei famula Dunne constructum in praedicto agello monasterium cum agris suis necnon et cartulam descriptionis agri, cui tunc sola ipsa praeerat, filiae, nimirum filiae suae, in possessionem ad Dominum migratura largita est. Sed quia haec in parvula adhuc aetate erat posita, cartulam conscripti agri necnon et omnem monasterii procurationem, quoad usque illa ad maturiorem pervenisset aetatem, matri illius maritatae conservandam iniunxit. Quae cum cartulam reddi poposcisset, illa reddere nolens, furtu hanc sublatam respondit. Quo tandem omni negotio ad sanctam sacerdotalis concilii synodum perlato, decrevit omne venerabile concilium cum reverentissimo archiepiscopo Nothelmo, hanc cartulam donationis vel regum vel supradictae Dei famulae Dunnan manifestissime describi praefataeque abbatissae Hrotuuari reddi eiusque possessionem monasterii firmissimam esse, damnato nimirum eo atque anathematizato synodi sacratissimae decreto, qui cartam illam subscriptionis agri primitivam vel per furta vel quolibet modo fraudulenter auferendo subripere praesumpserit. Atque hoc decernit sacra synodus, ut post obitum eius, sicut ante statutum fuit a senioribus eius, ad episcopalem sedem castrum Uueogernensis liber hic cum terra reddatur. † Ego Nothelmus, gratia Dei archiepiscopus, canonice subscripsi. † Ego Daniel episcopus subscripsi [1]).

27. (25.) *Beneficium auf Lebenszeit. 'Precaria data'. Doppelte Urkunde. Ausschluss fünfjähriger Erneuerung.* 735, Juli.

Bréquigny-Pardessus, Diplomata 2,368, No. 557. Vgl. die Citate zu No. 8 und Deloche, Cartulaire de l'abbaye de Beaulieu, 51, No. 23.

Domno venerabili et in Christo patri Romano, abbati de monasterio quod vocatur Maurobaccus sive Vivarius-peregrinorum [2]), in honore sancti Petri et sancte Marie et sancti Leudegarii ceterorumque sanctorum, una cum sancta congregacione vestra, quam de diversis provinciis ad peregrinandum propter nomen suum vobiscum Dominus coadunavit. Ego Hildradus preco et suplico gracie vestre, ut michi in usum beneficii rem ecclesie vestre in pago Alsacensi, in locis nuncupatis in Mathinhaim et Annegis villa, quam vir illustris Eber-

---

[1]) *es folgen noch die Namen von acht Bischöfen.* — [2]) *Morbach im Elsass.*

hardus pro anime sue remedio vobis seu ad monasterium vestrum per suum instrumentum delegavit, concedere deberetis, quod ita et pro mercede vestra fecistis: in ea racione, ut, dum advivo, una cum gracia vestra ad usum fructuarium ordine tenere debeam, et nullum preiudicium vel diminucionem nostra possessio de ipsis rebus vobis vel partibus ipsius monasterii nullumque[1]) tempore aliquo generare possit, sed post nostrum quoque discessum cum omni re emeliorata ad vestram vos vel successores vestros revocare faciatis dominacionem. Et censuimus nos ad vos pro hac re in luminaribus partibus monasterii vestri annis singulis, octavo die ante diem natalem Domini, cera libras quinque reddere debeam. Et si de ipso censu negligens apparuero vel certe postea infra quadraginta dies ipsum non reddidero, vos vel successores vestri ipsas res emelioratas, absque ullius contradictione vel iudiciaria consignacione, partibus ecclesie monasterii vestri revocare faciatis. Unde placuit vobis ut duas precarias absque quinquenii renovacione facte fuissent, et nos unam de manu vestra firmatam reciperemus et vos similiter de nostra, quod ita factum est, coactus[2]) precarias uno tenore conscriptas, anno quinto decimo regnante Theuderico rege, sub die 9. kalendas Augusti, Avendo castro sive Romarico commorante monasterio, publice. † Romanus, spectator vocatus, abbas hac precaria a me facta. † Signum Lintoni, † S. Guntfredi, † S. Marchrati, † S. Wolframni, † S. Gerhardi, † S. Theudofridi, † S. Cachihardi. Ego Joannes lector hanc precariam rogatus scripsi.

28.* *Schenkung von Frauengütern mit Genehmigung des Ehemannes. Zeugenstipulationsformel.* 749, Juni 16.

Bordier, Du recueil des chartes mérovingiennes (Paris, 1850), 60. Vgl. Brunner, Zur Rechtsgeschichte der römischen und germanischen Urkunde 1, 226.

Procurandum est omni homini regenerato lavacro Spiritus sancti, ne sollicitudine et affectu terrenae substantiae salutem parvipendat animae suae, sed potius illi dominicae voci obedire studeat, quae dicit: 'Thesaurisate vobis thesauros in coelo, ubi non furatur fur nec erugo eruginat nec tinea corrumpit perversum, namque nimium est semper in his spem ponere, quae sub uno momento in se melius sperantes insperate solent relinquere'. Ob hoc igitur ego in nomine Dei Cylinia, filia Deodati, augere cupiens elemosinam, quam senior ac sponsus meus inclytus Baio una mecum hoc anno, mense Maio, Flaviniaco contulit monasterio[3]), cedo eidem monasterio, ubi vir venerabilis Gayroinus abba cum suis monachis praeesse et omnipotenti Deo deservire videtur, cessumque consentiente et conlaudante predicto coniuge meo a die presenti et in perpetuum esse volumus propter remedium nostrae animae et celestes thesauros adquirendos, in pago Dusmensi, in villa quae dicitur Puteolis et Optemariaco et Cleriaco, quantumcumque in ipsis fines visa sum habere aut possidere aut genitor meus superius nominatus habuit, terram scilicet, villares cum

[1]) *hier fehlt ein Wort, etwa* detrimentum. — [2]) *so die Vorlage, wohl statt* duabus. — [3]) *die hier gemeinte Urkunde vom 11. Mai 749 steht bei Bordier, S. 58.*

ipsa casa indominicata, cum omnibus edificiis, una cum universis campis ibi pertinentibus, pratis, silvis, pomiferis, pascuis, aquis aquarumque decursibus, cum exitu et regressu, cum omnibus rebus atque corporibus, servos et ancillas vel quantum in ipsa villa possidere videmur aut ibi aspicere videntur, sicut dictum est, totum in integrum a die presente cedimus, tradimus atque transfundimus et de nostro iure et dominatione in monachorum Flaviniacensium tradimus potestate perpetualiter ad possidendum; et quicquid exinde facere voluerint tam abbas quam monachi predicti coenobii, ut ibidem proficiat in augmentum, licentiam habeant. Si quis vero hominum, quod absit, aut ullus haeredum nostrorum vel quaelibet persona contra cessionem istam, quam nos devoto animo fieri rogavimus, litigare aut praeripere conaverit, nec vendicet quod repetit, sed inferat partibus monasterii quantum ipsae res eo tempore melioratae valuerint, et in fisci viribus auri uncias duas, et haec cessio omni tempore firma permaneat. Actum Flaviniaco castro, anno 7. Childerici regis, mediante mense Iunio, conlaudante ipso Baione una cum Cylinia uxore sua et scribente Gylberto notario, his stipulantibus, quorum nomina in alia cessione descripta esse videntur[1]), cum Wascardo et Santerio principibus.

29.* *Notitia über den Kauf eines Grundstückes. Symbolische Investitur. Zahlung des Kaufpreises.* (um 765.)

Meichelbeck, Historia Frisingensis 1, 2. Abteilung, 34, No. 15. Vgl. No. 14 u. 15.; Brunner, Zur Rechtsgeschichte der römischen und germanischen Urkunde 1, 249.

Notitiam depromimus, quod ego Arbeo episcopus divini largitoris munere, cum domui sanctae Mariae divina gratia me praeesse constituit, quod a quodam monacho nomine Egino propriam hereditatem ipsius et fratris sui Reginolti, quam Reginolfus his in hereditatem, eorum genitor, reliquit, comparavi, per consensum domni Tassilonis et inlustrissimi ducis, in locis quae appellantur Irmina seu Perahhah, cum eadem basilica quae ibi fundata esse videtur, cum ipso altare ad quem ipsi prius tradiderunt. Donavi namque ei, sicut ipse postulaverat, plus minus solidos ex sanctae Mariae rebus 200. Et haec sunt testes: Selprat, Hato, Chuno, Sullo, Popo, ipsi omnes per aures tracti[2]). Ceteri vero ex nostris sine numero.

30.* *Vergabung von Todes wegen durch die Hand des Königs. Rücknahme derselben nach eingetretener Genesung. Bestätigung des Widerrufs durch praeceptum regis.* 768, Sept. 23.

Mabillon, De re diplomatica (3. Ausgabe, Neapel, 1789), 515, (2. Ausgabe, Paris, 1709), 495, No. 47. Mühlbacher, Regesten der Karolinger N. 106. Vgl. No. 16.

Pippinus rex Francorum, vir inluster. Omnibus episcopis, abbatibus seu comitibus vel proceribus nostris atque missis a palatio

---

[1]) *in der Urkunde vom 11. Mai (vgl. S. 17, Anm. 3) heisst es:* His presentibus et conlaudantibus simulque stipulantibus: Fulcobertus, Chyso, Gayribaldus, Addarius, Adalgarius, Adalgarius item, Dado, Ghyslbertus.
[2]) *vgl. S. 29, Anm. 1.*

nostro ubique discurrentibus. Et quia per Dei misericordiam regna terrae gubernare videmur, oportet ea in Dei nomine indesinenter perpendere, quatenus illorum nostra propitiatio tueatur, quorum nobis sollicitudo commissa esse videtur, qualiter et illis, qui munimine indigent, defendamus atque recto tramite sustentemus. Nam in his praecipue honor noster clarescere debet, qui non solum fidem inlesam erga nos in omnibus visi sunt custodire, sed etiam assiduitatem servitiis totis viribus iunctis non cessant impendere. Et ideo necesse censemus, ut qui talia exercere noscuntur et nostris temporibus vitam eorum faciant pacificam ducere et futuris iure firmissimo ea, quae a nobis concessa sunt, absque inquietudine liberis potestatibus Christo praesule valeant in omnibus dominare. Quapropter dum pluribus noscitur esse compertum, quatenus fideli Deo propitio nostro atque viro venerabili Fulrado capellano nostro sive archipresbytero, ante hos dies advenienti causae laboris, periculum paene mortis constat eum fuisse connexum. Et ideo tradens nobis res proprietatis suae, quas homo aliquus nomine Wido eidem delegaverat, ut pro eius anima ipsas res ad loca sanctorum confirmare deberemus. Sed quia subveniente divina misericordia in pristinam denuo restitutus est sanitatem, praedictas iterum res ipsius Fulrado visi fuimus tradedisse. Sed verens ipse quasi per quodam temporis spacium pro cupiditatis amore homines aliqui ipsis praedictis rebus requerere vel pro ipsa causa ei calumniam generare deberent, idcirco petiit celsitudinem nostram, ut pro ipsa traditione in id ipsum nostram praeceptionem deberemus generaliter confirmare. Quod et nos gratante animo ita praestetisse vel in omnibus confirmasse cognoscite, praecipientes enim ut praedictus vir venerabilis Fulradus capellanus noster ipsas res, quas memoratus Wido ei tradidit, id est Ghosmari, Audaldovillare, Ansulfisthaim, Suntor, Grucinhaim, Ratbertovillare, vel quicquid per ipsius Fulrado precaria praedictus Wido possedere videtur, quod nobis Fulradus tradedit, cum omni integritate tam terris, domibus, aedificiis, accolabus, mancipiis, vineis, silvis, campis, pratis, pascuis, aquis aquarumve decursibus, mobilibus et immobilibus, pecuniis, peculiis utriusque sexus, gregis cum pastoribus vel omni suppellectile, quantumcumque de paterno vel de materno seu undecumque ad ipso Widone legitimo ordine noscitur pervenire, quicquid in Alsacense et in Mordenaugia habere visus est, totum et ad integrum quod in ipsos pagos sua fuit possessio et Fulrado tradedit et ipse nobis, ut supra diximus, in sua infirmitate tradedit atque nos denuo ipsius Fulrado tradedimus, ab hac die ex nostra munificentia licentiam habeat deinceps ipsas res habendi, tenendi, dandi, vindendi, conmutandi, etiam vel si pro Christi amore et suae animae remedium ipsas res ad loca sanctorum delegare voluerit, ubicumque ei bene placitum fuerit, ex permisso nostro absque ullius iudicis vel fisci inquietudine sive extra ipsius Widone heredis refragatione, liberam ac firmissimam praedictus Fulradus capellanus noster sive archipresbyter[1]) in omnibus de ipsis rebus habiat potestatem faciendi quicquid voluerit. Quam vero auctori-

---

[1]) *die Vorlage wiederholt hier* liberam ac firmissimam.

tatem ut firmior habeatur vel pro tempore melius conservetur, subter eam firmavimus vel de anulo nostro sigillavimus. S. † Pippino gloriosissimo rege. Hiterius recognovit et subscripsit. Data 9. kalendas Octobris, anno 17. regni nostri. Actum in ipso monasterio sancti Dionisii.

31. (26.) *Vindication von Grundbesitz im königlichen Hofgericht. Formelle Auflassung auf Gerichtsurteil.* 771, Nov. 3.

Dronke, Codex diplomaticus Fuldensis. 26, No. 41. Mühlbacher, Regesten der Karolinger, No. 139 (wo das nähere wegen des Datums). Vgl. die Formeln bei de Rozière, Recueil 2, No. 454, 461, 462, 478; Laband in der krit. Vierteljahrsschr. 15, 384; Sohm, Zur Geschichte der Auflassung (vgl. Citat zu No. 15), 90 ff.

Praeceptum Caroli de Omenstat. Carolus rex Francorum, vir illustris et amator ecclesiarum. Cum nos in Dei nomine Longario villa una cum optimatibus vel pontificibus seu illustribus viris, ducibus, comitibus ceterisque regni principibus, sederemus ad universorum causas audiendas rectaque iudicia terminanda, veniens vir venerabilis Sturmi abba de monasterio Fuldensi, ubi sanctus Bonifacius martir corpore quiescit, hominem quendam Dagaleichum nomine interpellabat coram rege, quare illas res in loco qui dicitur Omenstat, quem domnus et pater noster Pippinus per suum preceptum ad monasterium sancti Bonifacii donaverat, una cum adiacentiis et ad se pertinentibus rebus malo et iniquo studio detineret et ab utilitatibus ęcclesię suę prohiberet. Sed ipse Dagaleih presens stare iubebatur, causamque illatam nullatenus poterat denegare nec iustam quivit obtendere rationem, propter quid res nominatas habere posset. Statim, rege et omnibus, qui aderant, cogentibus, abdicatas cum iuramento ipsas res restituit et reconsignavit iniuste oblata abbati prefato sanctoque martiri Bonifacio, et proiecta festuca, ut mos est, promisit, se ulterius non intromissurum. Proinde nos talia una cum fidelibus nostris iudicavimus sufficere, vadium et obsidem ab ipso Dagalego suscipere, ne se ulterius de bonis sancti Bonifacii intromitteret. Volumus ergo atque iubemus, ut dominus Sturmi abbas res sancti Bonifacii a nobis et patre nostro traditas possideat, teneat et utatur secundum indigentiam monasterii et fratrum suorum, nullusque postmodum impediat vel contradicat prefatas res cum omni utilitate sua. Actum quod fecit mense Novembrio, die 3., in anno 4. regni nostri. Thiotgaudus recognovit et subscripsit.

32.* *Oblatio bonorum und Begebung in ein Schutzverhältniss. Ueberweisung von Wergeld oder Busse bei Tötung oder Verletzung des Schutzbefohlenen an den Schutzherrn durch Urkunde mit Ordre- oder Exactionsclausel. Traditio cartae nach langobardischem Recht.* 771, December 31.

Troya, Codice diplomatico Longobardo 5, 616, No. 944. Vgl. Brunner in der Zeitschrift für das gesammte Handelsrecht 22, 105 ff.; derselbe, Zur Rechtsgeschichte der römischen und germanischen Urkunde 1, 86 ff.

Exemplar. In Dei nomine. Regnante domino nostro Desiderio rege et filio eius domino nostro Adelchis rege, anno regni eorum

quintodecimo et tertiodecimo, pridie kalendas Januarias per inditionem decimam. Manifestum est mihi Valeriano presbitero, qui et Roduli vocor, rectori ecclesie beati santi Salvatoris sitae in loco Montione, quia propter hanc cartulam offero Deo et tibi ecclesie sancti Martini, ubi est domus episcoporum, cartulam illam, quam mihi fecerunt et confirmaverunt in iam dicta ecclesia, id est Ansuartus et Ermifridi et Ermualdus seu et Asprandus et Ermerisci et Ermulaus una cum suprascripta ecclesia quomodo ab eis ego confirmatus sum et cum omnibus rebus ad eam pertenentem in integrum. Simul et si mihi aliquis homo violentia quamcumque fecerit sive me occiserit, volo ut pontifex, qui ibi tunc fuerit ordinatus, potestatem abeat quaerendi ipsam violentiam meam sive occisionem per se aut per illum hominem, cui ipse hanc cartulam dederit ad exigendum. Qualiter superius offerui ita omni in tempore stabile permaneat et neque a me neque a meis heredibus aliquando haec cartula posse disrumpi. Et pro confirmatione Austripertum presbiterum scribere rogavi. Actum Luca. Signum † manus Valeriani presbiteri, qui hanc cartula fieri rogavit. Signum † manus Ermicheidi, filii quondam Baroncii, testis. Signum † manus Walprandi clerici, filii Warnuli, testis. † Ego Ospertus diaconus rogatus a Valeriano presbitero in hanc cartulam me teste subscripsi. † Ego Rachiprandus clericus rogatus a Valeriano presbitero in hanc cartula me teste subscripsi. † Ego Austripertus presbiter post traditam complevi et dedi. † Ego Richiprandus clericus fideliter exemplavi.

33. (27.) *Schenkung und Rückempfang durch Prestarie, 'Precaria oblata.' Fides facta bei Ausbleiben des Zinses.* 776—777.

Beyer, Urkundenbuch der mittelrheinischen Territorien 1, 35, No. 30. Vgl. die Citate zu No. 8 und 11.

Prestaria Walane. Domne atque meritis venerando Asuero abbate de monasterio sancti Salvatoris Prumiense, ego Uualac. Dum omnibus non habetur incognitum, qualiter ego res meas in pago Mosalinse super fluvio Salmonna, in villa quę dicitur Superiore, ad monasterium sancti Salvatoris per strumenta delegavi, sed postea mea fuit peticio et vestra seu servorum Dei, qui in ipso cenobio commorare videntur, decrevit voluntas, ut ipsas res vestras superius nominatas michi per vestrum beneficium prestare debuissetis, quod ita et fecistis. Id est ipsa porcione, quod, ut supra dixi, de parte genitore meo Francone et germano meo Uuarimbald michi advenit, quod ego, ut iam dixi, per strumenta ad monasterium sancti Salvatoris delegavi, necnon et vineolas duas super fluvium Mosella ad Porto Pingontio: in ea vero racione, ut ipsas res vestras superius nominatas per vestrum beneficium excolere atque usu fructuario tenere debeam et nichil exinde neque vendendi neque alienandi potestatem habeam, nisi, ut iam dixi, quamdiu advivo per vestrum beneficium tenere et excolere faciam. Unde adcensimus nos ipsos annis in luminaribus ipsius basilicę ad festa sancti Salvatoris denarios 4 aut in cera aut in argento, et si de ipso censo negligens aut tardus apparuero, cum fide facta pro censo solvere faciam. Et de ipsas res expoliatus quamdiu advivo

esse non debeam, post meum quoque decessum ipsas res emelioratas casa sancti Salvatoris seu rectores ipsius absque ullius iudicis consignatione vel expectata traditione recipere faciant. Actum Sugiaco villa, anno nono regnante Karolo gloriosissimo rege, precaria quam ego Uualac fieri rogavi. Signum Daxilone, S. Teodfredo, S. Uualtario, S. Gunthachro, S. Olone, S. Bobone, S. Maghinfredo, S. Ildrado, S. Gislebert, S. Sigifredo, S. Uulferio, S. Theodone, S. Ugoni. Ego Blidgarius rogatus scripsi. Prestaria Uualane de Salmonna in pago Bedinse.

34. (28.) *Schenkung von Königsgut an ein Kloster durch praeceptum regis.* 777, Januar 7.

Dronke, Codex diplomaticus Fuldensis, 36, No. 57. Mühlbacher, Regesten der Karolinger, No. 201. Vgl. No. 35; Roth, Feudalität, 42 ff.; Sohm, Das Recht der Eheschliessung, S. 81 ff; derselbe, Zur Geschichte der Auflassung (vgl. Citat zu No. 15), 115 ff. Schröder, Die Franken und ihr Recht (vgl. Citat zu No. 16), 79.

Carolus gratia Dei rex Francorum et Langobardorum ac patricius Romanorum. Quicquid enim ob amore Domini et oportunitate servorum Dei locis venerabilibus concedimus, hoc nobis ad mercedis augmentum vel stabilitatem regni nostri pertinere confidimus. Quapropter conpertum sit omnium fidelium nostrorum magnitudini, qualiter donamus ad monasterium Fulta, quod est in honore beatorum apostolorum Petri et Pauli in pago Graffelt constructum, ubi preciosum corpus Bonefacii martyris requiescit, quaem[1]) vir venerabilis Sturmio abba in regimine habere videtur, id sunt res proprietatis nostrae Hamalumburg, situm in pago Salecgavio super fluvio Sala, cum omne integritate vel adiecenciis seu apendiciis suis Achynebach, Thyupfbach, Harital, hoc est quantumcumque in superius nominata loca habere videmini, id est tam terris, domibus, aedificiis, acolabus, mancipiis, vineis, silvis, campis, pratis, pascuis, aquis aquarumve decursibus, movilibus et inmovilibus, omnia et ex omnibus ad prefatum sanctum locum tradidimus perpetualiter ad possidendum Propterea hanc precepcionem auctoritatis nostrae conscribere iussimus, ut ab hac die tam memoratus Sturmio abba quamque sui successoris, qui fuerint rectoris eiusdem sancti loci, predictis rebus ad opus iam dicte aecclesiae habeant, teneant adque possedeant, et quicquid exinde ad profectum ipsius sancti loci facere elegerint, liberum perfruantur arbitrium. Et nullus quislibet de iudiciaria potestate aut qualibet persona predicto Sturmioni abbati neque actoribus aut successoribusque suis de memoratis rebus inquietare vel calumniam generare quovis tempore non presumat, sed per nostrum preceptum iure hoc valeant possedere firmissimum quatenus melius delectet ipsa congregacionem pro nobis vel stabilitate regni nostri etiam uxore et prolis Domini misericordia iugiter exorare. Et ut haec auctoritas firmior sit, manos nostre signaculis supter eam decrevimus roborari et de anolo nostro iussimus sigillare. Signum (M) Caroli gloriosissimi regis. Uuigbald ad vicem Radonis recognovi. Data septimo idus Januarias, anno nono

[1]) *statt* quod.

et tertio regni nostri. Actum Haristalio palacio publicae. In Dei nomine. Feliciter.

35. (29.) *Notitia über Besitzeinweisung (vestitura) unter Zuziehung von Zeugen in Bezug auf die vorstehende Königsschenkung. Beschreibung und Feststellung der Grenzen nach Vernehmung der Nachbaren.* 777, October 8.

Müllenhoff und Scherer, Denkmäler deutscher Poesie und Prosa aus dem 8.—12. Jahrhundert (2. Aufl.), 175, No. 68. Vgl. No. 34.

Anno [1]) tertio regni piissimi regis Caroli, mense Octobri, 8. idus Octobris, reddita est vestitura traditionis praedicti regis in Hamalunburg Sturmioni abbati per Nîdhardum et Heimonem comites et Finnoldum atque Gunthramnum vasallos dominicos coram his testibus: Hruodmunt, Fastolf, Uuerant, Uuîgant, Sigibot, Suuîdberaht, Sigo, Hâsmâr, Suuîdgêr, Elting, Egihelm, Gêruuîg, Attumâr, Brûning, Engilberaht, Leidrât, Siginand, Adalman, Amalberaht, Lantfrid, Eggiolt. Et descriptus est atque consignatus idem locus undique his terminis, postquam iuraverunt nobiliores terrae illius, ut edicerent veritatem de ipsius fisci quantitate: primum de Salu iuxta Teitenbah in caput suum, de capite Teitenbah in Scaranvirst, de Scaranvirste in caput Staranbah, de capite Staranbah in Scuntra, de Scuntra in Nendichenveld, deinde in thie teofûn gruoba, inde in Ennesfirst then uuestaron, inde in Perenfirst, inde in orientale caput Lûtibah, inde in Lûtibrunnon, inde in obanentîg Uuînessol, inde in obanentîg Uuînestal, inde in then burguueg, inde in Ôtitales houbit, deinde in thie michilûn buochûn, inde in Blenchibrunnon, inde ubar Sala in thaz marchóug, inde in then Matten uueg, inde in thie teofûn clingûn, inde in Hunzesbah, inde in Eltingesbrunnon, inde in mittan Eichînaberg, inde in Hiltifridesburg, inde in thaz steinîna houg, inde in then lintînon sêo, inde in theo teofûn clingûn unzi themo brunnen, inde in ein sol, inde in ein steinînaz houg, inde in Steinfirst, inde in Sala in then elm.

36.* *Vindication eines Neubruchs. Revestierung durch den Beklagten. Fides facta. Bestätigung einer gerichtlichen notitia durch das königliche Hofgericht.* 781, December 16.

Mabillon, De re diplomatica (3. Ausgabe, Neapel, 1789), 521, (2. Ausgabe, Paris, 1709), 501, No. 55. Mühlbacher, Regesten der Karolinger, No. 238. Vgl. die Citate zu Nr. 31.

Carolus gratia Dei rex Francorum et Langobardorum ac patricius Romanorum. Cum nos in Dei nomine Carisiaco villa palatio nostro ad universorum causas audiendas et recto iudicio terminandas resideremus, ibique veniens advocatus sancti Dionisii vel Fulradi abbatis, nomine Ado, nobis suggerebat dicens, eo quod inter Riferonem comitem et suos escapinios in pago Tellao, in mallo publico, qui vocatur Turcarias, advenisset et homines aliquos his nominibus,

[1]) *da Königsschenkungen ein praeceptum regis voraussetzen und die Besitzeinweisung erst nach dessen Ausfertigung erfolgen konnte, so ist gegenüber den Ausführungen von Mühlbacher, Regesten der Karolinger, Nr. 201 doch daran festgehalten worden, dass hier irrtümlich das 3. statt des 4. Jahres der Alleinregierung Karls angegeben und das Jahr 777 gemeint sei.*

Goduinum et germanum suum Flodoinum et germanam eorum Damascianam, sed et Andgarium et Ercammarum et Jonatham, interpellasset, repetens ab eis et dicens, eo quod rem sancti Dionisii in ipso pago Tellao, in loco qui dicitur Sonarciaga-villa, super fluvium Itta, quem sanctus Dionisius per suum brachium conquisivit, post se retinebant in sua potestate malo ordine. Sed ipsi Flodoinus et Goduinus et eorum germana Damascia, sed et Antgarius et Ercammarus et Jonathas in praesenti aderant, et cum interogaretur ab eis, utrum quid de hac causa contra hominem nomine Adonem advocatum sancti Dionisii dicere vellent, numquam potuerunt tradere vel deducere rationem, per quam ipsam rem sancti Dionisii Sonarciagam-villam habere potuissent, sed ipsi per suos vuadios ibidem in praesenti praefatum Adonem advocatum sancti Dionisii investiverunt et fidem exinde, sicut lex continuit, ibidem fecerunt. Proinde oportunum fuit ipsi Adoni advocato sancti Dionisii, ut talem notitiam bonorum hominum manu firmatam vel ipsius comitis nomine Riferii seu qui ibidem fuerunt sedentes prendere et accipere deberet, quod ita et fecit, ut ad longum tempus ipsam rem Sonarciagam-villam contra iam dictos homines ad partem sancti Dionisii habeat evindicatam et elidigatam. Unde et advocatus sancti Dionisii vel Fulradi abbatis, videlicet Ado, suam notitiam, quam se preposuit habere, ante nos legibus optulit vel adpraesentavit ad religendum. Relecta ipsa notitia interrogatum fuit ipso Rifero comite, si haec causa vel ipsa notitia vera et verax erat aut non? Sed ipse Riferus comes nobis taliter suum praebuit testimonium, quod haec causa vel ipsa notitia vera et verax esset. Proinde nos taliter una cum fidelibus nostris, id est cum Richardo comite, Gunthardo comite, Teudbaldo comite, Grifone, Geroldo, Nortboldo, Winegiso, Walberto, Gisoldo, Aroino, Teutboldo, Constabili, Woraldo, comite palatii nostro, vel reliquis quamplurimis visi fuimus iudicasse, ut, dum ipse Riferus comes taliter nobis suum tribuit testimonium, quod haec causa vel ipsa notitia vera et verax esset, propterea iubemus, ut, quia hanc causam sic actam vel perpetratam esse cognovimus, suprascriptus advocatus sancti Dionisii contra saepe dictos homines inspecta sua notitia iam dictam villam Sonarciagam ad partem sancti Dionisii omni tempore habeat evindicatam atque elidicatam, et sit inter ipsos in postmodum ex hac re omni tempore sopita et definita atque inconvulsa causatio. Witherius notarius ad vicem Chrotardi recognovi. Data mense Decembri, die 16., anno 14. regni nostri In Dei nomine. Feliciter.

37. (30.) *Veräusserung von Erbgütern unter Zurückweisung jedes Beispruchsrechts der Erben, nach alamannischem Rechte.* 783, September 14.

Wartmann, Urkundenbuch der Abtei Sanct Gallen 1, 94, No. 100. Vgl. Beseler, Erbverträge 1, 51 ff.

Ego in Dei nomine Uuano, tractans Dei induitum vel animę meę remedium, ut aliquid de rebus meis, quod est in pago vel in

sito[1]) Linzgauwa, in villa qui dicitur Duringas, quicquid mihi de paternico vel maternico legitimo obtenebat, omnia et ex integro ad ecclesia sancti Gallonis vel eius monachis trado in dominatione, habeant, teneant atque possedeant, quicquid exinde facere voluerint, liberam ac firmissimam habeant potestatem faciendi. Si quis vero, quod fieri non credo, si ullus adest de propinquis meis, qui contra hanc traditionem a me factam agere temptaverint, partibus fische multe conponant, id est auri solido uno et argenti solido 2 coactus exsolvat, et quod repetit pernullisque ingeniis evindicare non valeant, sed haec presens traditio omni tempore firma permaneat cum stipulatione subnixa[2]). Actum[3]) in monasterio sancti Galli publici, presentibus quorum hic signacula contenuntur. Signum Uuano qui hanc traditionem fieri atque firmare rogavit, S. Gaerolt, S. Theotgaer, S. Erfmann, S. Enno, S. Raginbert, S. Hroadgaer, S. Uuichram, S. Hroadfrid, S. Asbrant, S. Lantbold. Ego enim Uuano scripsi et subscripsi. Notavi die dominico, idus Septembris, anno 15. Karoli regis, sub Ruadberto comite.

38. (31.) *Commendation gegen Beneficium. Entziehung des Beneficiums bei Vernachlässigung des Dienstes.* 784—810.

Meichelbeck, Historia Frisingensis 1, 2. Abteilung, 142, No. 251. Vgl. die Citate zu No. 8.

Notitia, qualiter domnus Atto episcopus in beneficium praestabit ecclesiae in loco qui dicitur Tankiricha suo homine, cui nomen Uuldarrich. Ipse enim Uuldarrich seipsum tradidit in servitium Attonis episcopi seu domui sanctae Mariae usque ad finem vitae suae, in hoc enim ipsum beneficium accepit ut fideliter in servitio domui sanctae Mariae permansisset, et si aliter aliquid fecisset, privatus de ipso beneficio permansisset. Hoc enim factum est in praesentia cuncta familiae sanctae Mariae in loco Frigisinga, quorum nomina ex multis paucos adscribimus: inprimis Ellannod archipresbyter, Eio presbyter, Oadalpald presbyter, Hiltiperht presbyter, Rato presbyter, Unroh presbyter, Altman diaconus, Pazzuni diaconus, Hitto diaconus, Rupo diaconus, Marchuni diaconus, Tagaperht diaconus, Salomon monachus, Hiltiperht monachus, Crimheri monachus, Wolfhart monachus, Kaganhart laicus, Emicho, Adahart, Coazmar, Toato, Pazrih. Isti omnes testes sunt, quia[4]) ego Atto episcopus ipso Uuldarricho homine nostro usque ad suam vitam ei in beneficium praestavi, post obitum vero eius sine ulla contradictione ad domum sanctae Mariae redire non tardet.

39.* *Carta über Schenkung von Grundbesitz mit Stipulationsklausel und Erwähnung der realen Vestitur.* (796), Februar 6.

Dronke, Codex diplom. Fuldensis, 73, No. 124. Vgl. Brunner, Zur Rechtsgeschichte der römischen und germanischen Urkunde, 220 ff., 228 ff.

Kartula traditionis Egilolfi. Ego itaque in Dei nomine Egilolf in elimosinam[5]) meam et filii mei Helpfolfes sancto Bonifatio

---

[1]) *vgl.* Waitz, *Deutsche Verfassungsgeschichte* (2. *Aufl.*) 2, 321. — [2]) *vgl. S.* 3, *Anm.* 1. — [3]) *die Vorlage hat* actuum. — [4]) = quod. — [5]) *die Vorlage hat* elimonisam.

martyri trado hanc partem ex iure proprietatis meae sicut pater meus Huntolf in hereditatem reliquit, id est in istis locis: in pago Tollifeldum in villa Nordheim tertiam partem, similiter in Hoitine tertiam partem, et in pago Grapfeldun in villa Herifatorphe tertiam partem, et in Sulzifelde et in Suuallungom tertiam partem, in Chunithorpfe et in Pargthorfum, in Potoluessteti et in Uueterungom similiter tertiam partem, in Sclauis, in Heidu et in Truosnasteti tertiam partem, in pago Gozfeld in villa Suuanafeldum tertiam, in pago Egeuui in Scegifeldum tertiam partem, in pago Rinahgeuue in villa Gisenheim tertiam partem. In his supradictis locis sicut hic scriptum est, sic volo esse traditum ad supradictum sanctum tertiam partem in terris, silvis, campis, pratis, pascuis, aquis aquarumve decursibus, domibus, aedificiis vobis et posteris vestris absque ullius personae contradictione, vos et successores vestri ad possidendum et ad fruendum in elimosinam meam ulterius perenniter firmissimam habeatis potestatem, stipula confixum vobis ad roborandum et ad tuendum. Actum in monasterio Fulda die 6. mensis Februarii. Ego Asger scripsi. Ecce hic testes illius vestitionis qualiter Egilolf tradiderat sancto Bonifacio in Suuanafeldum: † Ato ... Ecce isti testes sunt supra in Uuangheim: † Othelm ... Ecce testes in Heriffu: † Starcfrid ...[1]).

40.* *Carta (epistola) über den Verkauf eines Grundstücks. Symbolische Investitur.* Anfang des 9. Jahrh.

Meichelbeck, Historia Frisingensis 1, 2. Abteilung, 145, No. 261. Vgl. die Citate zu Nr. 29.

In Christi nomine. Nos germanos Kisalheri et Irminheri convenit nos tibi Erchanhario vendere omnes res illas quae ad nos pertinet in vico nuncupante Alamuntinga, id est terra, arva, pratis, pascuis, silvis, aquis, molendinis, omnia in integro in eodem loco nobis pertinentes, et per haec testes firmavimus[2]) idem: Kisalheri testis, Reginhart, Crimheri, filius ipsius Kisalheri, Wicheri, Irminheri, Isanhart, Putilo, Ernust, Walto, Hamadeo. Et insuper omnia tradidimus ipsas res in altare sanctae Mariae in eodem loco nuncupante Alamundinga, ubi Erchanheri venerabilis custos esse videtur, et per ipsos testes firmavimus.

41. (32.) *Schenkung eines Neubruches. Rückgabe der Hälfte zu Beneficium auch für die Söhne des Schenkers.* 801, Mai 8.

Lacomblet, Urkundenbuch für die Geschichte des Niederrheins 1, 12, Nr. 21. Vgl. No. 45 u. 53; Beseler, Der Neubruch, in den Symbolae Bethmanno-Hollwegio oblatae; die Citate zu No. 8; von Inama-Sternegg, Die Ausbildung der grossen Grundherrschaften, 50.

Dum omnibus vicinis suis non habetur incognitum qualiter Helmbaldus filius Heribaldi tradidit ad reliquias sancti Salvatoris[3]) et in

---

[1]) *nach* Ato, Othelm, Heriffu, *folgen noch beziehungsweise zehn, zwölf und acht Namen.* — [2]) *vgl.* **Brunner**, *Zur Rechtsgeschichte der römischen und germanischen Urkunde 1, 230 f., 253.* — [3]) *d. h. der Abtei Werden.*

manus Liudgeri abbatis in elimosinam suam conprehensionem illam, quam ipse Helmbaldus in propria hereditate et in communione proximorum suorum proprio labore et adiutorio amicorum suorum legibus conprehendit et stirpavit, id est in loco qui dicitur Uuidapa, in villa Salehem, et postea postulavit, ut dimidiam ipsam conprehensionem in beneficium accipere deberet diebus vite sue et filii sui sub usu fructifero, id est demedio solido per singulos annos ad pasca Domini ad supradictas reliquias, que in eodem loco ponende[1]) sunt ad lumina conparanda. Ita et feci ego modicus abba Liudgerus, prestiti ei dimediam conprehensionem illam: in ea ratione, ut diebus vite sue et filii sui meliorati fiant res ipse que ad eandem conprehensionem respitiunt, absque ulla distractione et contradictione post obitum ipsorum ad supradictas reliquias res ipse inmeliorate revertantur et in usum servorum Dei, qui easdem reliquias procurare, Deo largiente, et custodire merentur in posterum. Acta est autem hec prestaria puplice in loco ipso qui dicitur Uuidapa sub die 8. idus Maias, anno tricesimo tertio gloriosi regis Carli. Ego Liudgerus abba subscripsi. Signum Gerusalem presbiteri, S. Hardgeri clerici, S. Uulgeri clerici, S. Guntberti clerici, S. Bocco clerici, S. Gerfrid clerici. Ego Uuambertus clericus subscripsi.

42. (33.) *Schenkung von Grundstücken und Eigenleuten. Rückgabe des Geschenkten zu Leibzucht unter Hinzufügung einiger Leibeigenen nebst ihren Peculien. 'Precaria remuneratoria'. Leibrente in Naturalien.* (um 803.)

Dronke, Codex diplomaticus Fuldensis, 105, No. 191. Vgl. die Citate zu No. 8.

Praestaria Paugolfi abbatis. Non est incognitum cunctis fidelibus, quod Leobataga tradidit ad sanctum Bonifatium in elimosinam suam partem hereditatis suae id est ecclesiae suae, quod ad eam pertinet terris, pratis, pascuis, mancipiis, aedificiis in villa nuncupante Ascfeld et illam hovastat, in qua aedificatum habet et sedet, et haec nomina mancipiorum: Hadarih, Liutrat, Ermanrih, Immina cum tali suppellectili quam Hadarih habet in villa Bonlantum et omnia ad se pertinentia. Ideo ego Paugolfus abbas cum consensu et voluntate fratrum nostorum praestabo tibi Leobatagûn[2]) ad vitam tuam has supra dictas res, quae manu potestativa tradidisti ad sanctum Bonifacium, insuper et de nostro sumptu tria mancipia, id est: Adalrat, Theotuuic, Hruotrad cum suppellectili eorum, has res supra scriptas habendi, fruendi, non minuendi sed meliorandi firmissimam in omnibus habeatis potestatem per nostram praestariam, et post obitum tuum possideamus nos hoc ipsum et successores nostri. † Paugolfi abbatis, † Hramvolti presbyteri, † Amales presbyteri, † Gerberti diaconi, † Uuolfboten presbyteri, † Megingozi monachi, † Theganheri monachi. Item hi testes: Engilperaht, Adalman, Freibraht, Siginand, Eggiolt, Manolt, Amalperaht, Gerperaht, Leidrat,

[1]) *so die Vorlage.* — [2]) *ahd. schwaches Femininum, Dativ.*

Liutheri, Sandrat, Theotbald, Theoleih. Et annis singulis tibi ad vitam tuam de nostris causis donetur una situla mellis plena et porcus unus qui assumitur pro pretio anni.

43. (34.) *Vergabung von Todes wegen an fahrender Habe, nach alamannischem Rechte.* 806, Juli 31.

Wartmann, Urkundenbuch der Abtei Sanct Gallen 1, 182, No. 191.

Ego, in Dei nomine, Adalhram trado ad monasterium sancti Galli quicquid in die exitus mei de hac luce in peccuniali causa non datum et non usatum reliquerim, id est caballis domalibus cum cetero troppo, caballis cunctis, ąuro argentoque, scuta cum lanceis, vestibus vel omnibus utensilibus, quas in die obitus mei non datas alicui et non usitatas reliquerim, trado ad iam dictum monasterium pro anime mee salutem filiique mei Deotonis, ut nullo contradicente quicquid, ut iam diximus, in die obitus mei reliquerim, ad eundem cenobium permaneat stabilitate perpetua ad habendum. Et si ullus sit, qui hoc contradicere voluerit, ut predictę res ad iam dictum monasterium stare non debeant, de suis rebus talia, quę carta continet, ad eundem cenobium restituat et fisco proximo auri uncias 5 et argenti pondera 7 persolvat, et nihilominus carta firma in eternum permaneat. Actum in villa que vocatur Sulaga, presentibus qui hic subnotantur. Signum Adalramni, Deotperti, Ruadperti, Uuerinberti, Uuallodi, Puasonis, Uualonis, Rihnandi, Perahtfridi, Tagaberti, Sicker, Neripreht, Liutpreht, Uuerinbreht, Hagano, Uuolfberti, Meginbreht, Otachar, Uuoffo, Adalpreht. Ego Mano diaconus rogatus scripsi. Notavi diem Veneris, pridia kalendas Augusti, anno 40. regnante domno Karolo et secundo domni regis Pippini[1], sub Rihuuino comite.

44. (35.) *Vergabung von Todes wegen unter der Bedingung der Uebertragung des geschenkten Besitztums zu Beneficium an einen Dritten. Entziehung wegen Verschlechterung. Symbolische Investitur per cartam.* 811, April 23.

Meichelbeck, Historia Frisingensis 1, 2. Abteilung, 155, No. 289. Vgl. No. 47, 52; die Citate zu No. 8; Brunner, Carta und Notitia (in den Festgaben für Theodor Mommsen), 11 ff.

Dum, in Dei nomine, ego Suuidhart diaconus tractante vel cogitante me de vita futura, ut anima mea aliquantulum refrigerium in requie sempiterna habere meruisset, idcirco tradidi ad beatissimam semper virginem Mariam propriam hereditatem meam in loco Anzinga, quam mihi mater mea Keslind in propriam reliquit hereditatem, hoc est curtem cum domo et cum omni aedificio et utensilia domus et dimidium territorium seu terminos, quod pertinent ad ipsum

---

[1]) *der 31. Juli fiel im Jahre 806 auf einen Freitag, dagegen weder im Jahre 807, als dem zweiten Regierungsjahre Pippins, noch im Jahre 808, als dem vierzigsten Jahre Karls d. Gr.; es muss also bei der Angabe der Regierungsjahre ein Irrthum mit untergelaufen sein.*

domum, mancipios quoque infra domo sex et mansos vestitos et bene ad servitium paratos quattuor: ea vero ratione haec omnia trado domui sanctae Mariae, ut post obitum meum hoc ipsud quod tradidi liceat habere Attonem, nepotem meum, in beneficium de domo episcopali cum censu qualem placeat domno Hittone episcopo, et ipse iam dictus Atto ad dies suos hoc habeat et nullam licentiam de me concessam habeat ipsum territorium in ullo minorare sed meliorare; et si inventum fuerit quod aliter fecerit, nihil exinde habeat, sed in defensore domui sanctae Mariae potestate consistat. Haec omnia feci ego Suuidhart ante altare sanctae Mariae et archa sancti Corbiniani confessoris Christi ibidemque constitui atque confirmavi in praesentia domni Hittonis episcopi. Si aliquando aut ego ipse aut aliquis de propinquis aut ullus de heredibus meis aliter exinde agere conatur vel temptatur, sciat se mendacem esse coram Deo et omnibus sanctis, quia nullus in eadem hereditate mecum nullam habeat potestatem nisi tantummodo ego solus, propterea firmam facio traditionem nullo contradicente vel potestatem in aliquo habente. Haec autem sunt testes per aures tracti[1]: primo enim Anno, Haholf, Reginpald, Uuillipato, Heriperht, Hisker, Emicho, Pepilo, Hroadperht, Uuituchi, Adalperht, Egilperht. Actum est haec in basilica beatae Mariae virginis, in praesentia domni Hittonis episcopi et aliorum turma monachorum et presbyterorum, diaconorum, clericorum multorum, quorum primi fuerunt: Uuierat monachus, Chadol monachus, Oadalpald presbyter et monachus, Hiltiperht presbyter et monachus, Hiltiperht presbyter et monachus, Meginolt presbyter et monachus, Marchuni presbyter, Manno presbyter et monachus, Cundhart presbyter, diaconi vero Altman, Anno, Pazzuni, Nidperht, Hunolf, Eginolf, Adalperht seu alii sine numero haec videntes et audientes, die enim consule[2]), quod facit 9. kalendas Maii, anno gloriosissimi imperatoris Karoli augusti 11., indictione 3. Ego quidem Tagabertus indignus diaconus hanc cartulam scripsi iussione Hittonis episcopi.

45. (36.) *Ansiedlung. Neubruch. Bestätigung desselben durch praeceptum regis. Ausschliessung Fremder aus der Mark.* 811, December 1.

Dronke, Codex diplomaticus Fuldensis, 133, No. 261. Sickel, Regesten der Karolinger, K. 235. Vgl. No. 41, 53 und 56; Schröder, Die Franken und ihr Recht (vgl. das Citat zu No. 16), 22, 58 Anm. 1, 63 f.; von Inama-Sternegg, Die Ausbildung der grossen Grundherrschaften, 47, 53.

Carolus serenissimus augustus, a Deo coronatus magnus pacificus imperator, Romanum gubernans imperium, qui et per misericordiam Dei rex Francorum et Langobardorum. Omnibus fidelibus nostris presentibus et futuris notum sit, quia Bennit, fidelis noster, innotuit serenitati nostrae eo quod pater illius Amalungus, dum ceteri Saxones parentes illius contra nos infideliter egissent, praefatus Ama-

---

[1]) *vgl. J. Grimm, Rechtsalterthümer, 143 ff.* — [2]) *vgl. Brunner, Zur Rechtsgeschichte der römischen und germanischen Urkunde 1, 252.*

lungus, mallens fidem suam servare quam cum ceteris infidelibus perseverare, relinquens locum nativitatis suae, veniens ad nos et dum in nostro esset obsequio venit ad villam cuius est vocabulum Uulvisangar, quam tum temporis Franci et Saxones inhabitare videbantur, cupiens ibi cum eis manere, sed minime potuit; tunc pergens ad locum qui dicitur Uualdisbecchi, inter Uuiseraha et Fuldaha proprisit sibi partem quendam de silva quae vocatur Bocchonia, quam moriens dereliquit filio suo Bennit, qui ad nostram accedens clementiam postulavit celsitudini nostrae, ut nostrae auctoritatis praeceptum circa eum confirmare deberemus, quatenus ipse, quoad viveret, absque ullius preiudicio tenere et possidere quieto ordinę deberet, post mortem vero suam ad Fuldense monasterium, quod construxit sanctus Bonifatius, transiret. Cuius petitionem denegare noluimus, sed ita concessisse atque in omnibus confirmasse cognoscite, precipientes ergo iubemus, ut nullus fidelium nostrorum, presentium scilicet et futurorum, prefatum Bennit vel heredes illius de hoc propriso, quod in lingua eorum dicitur *bivanc*, expoliare aut inquietare ullo modo presumatis, sed liceat, sicut diximus, ei per hoc nostrum preceptum ipsam terram, quantumcunque pater illius proprisit et ei in hereditate demisit, tenere atque possidere, ut precriptum est. Et ut hec auctoritas firmior habeatur vel per tempora melius conservetur, de anulo nostro subter sigillare iussimus. Suavius ad vicem Ercanbaldi recognovi. Data kalendas Decembris, anno 11. Christo propitio imperii nostri et 44. regni in Francia atque 37. in Italia. Actum Aquisgrani palatio regio in Dei nomine feliciter. Amen.

46. (37.) *Notitia über ein zinsbares Darlehn zur Tilgung einer Wergeldschuld. Asilrecht. Mitverpflichtung der Verwandten zur Rückzahlung.* (um 813).

Wartmann, Urkundenbuch der Abtei Sanct Gallen 1, 198, No. 208.

Dum mundiali versante labitudine, quod certioris confirmatione necesse esse credendum est, plures subcumbant, prodesse nobis valde conicimus, si ab tam celeri transeunte capud levemus. Et ideo tali faminis eloquia promimus, quia experimento didicimus, quia fuit vir condam Cunzo nomine qui, casu interveniente obnoxius duorum werigeldorum, refugium inbaminis[1]) ad cenobium Christi militis Galli beatissimi et Uuerdonis abbatis fratrumque conquesivit. Sed quia nostrum est oppressos solvere, deiectos sublevare, cępimus de illius adiumenti tractare consilio, et hoc peracto feneravimus ei solidos centum ad sublevationem obnoxii sui: eo videlicet condicto, ut nobis annis singulis, dum inter prędicta peccunia ab illo demum reportata non fuerit, unam carratam civitalem, id sunt 33 siclę civitalię[2]), pro censo persolvat, similiter autem heredes ipsius placitum condictum absque ulla contradictione consequantur. Iste Cunzo de Holzcolvishusun fuit, cuius heredes sunt Cunzo et Kerhart et Hiltipert, filii Eburharti.

[1]) *statt* iuvaminis. — [2]) *Sicla = Sickel, ein Hohlmass, Du Cange, Brinkmaier;* civitalis *und* civitalius *bleiben bei beiden unerklärt.*

47. (38.) *Vergabung von Todes wegen mittels Salmannen. Verträge zu Gunsten Dritter. Symbolische Investitur per cartam.* 814, September 18.

Meichelbeck, Historia Frisingensis 1,2. Abteilung, 164, No. 308. Vgl. Heusler, Gewere, 470 ff. (Excurs 1.); Stobbe in der Zeitschr. f. Rechtsgesch. 7, 405 ff.; Gareis, Verträge zu Gunsten Dritter, 239. Anm. 3.; das letzte Citat zu No. 44.

Traditio Freidoni presbyteri ad Ominpach. Dum et omnibus non habetur incognitum, qualiter ego Freido presbyter tradidi propriam hereditatem meam in loco Ominpach ad domum sanctae Mariae in loco Frigisinga, hoc est ecclesiam cum domo vel omnia, quicquid ad ipsam ecclesiam legibus pertinebat. Ego enim Freido presbyter eo modo hanc traditionem feci: contigit autem mihi, ut ego valida infirmitate depressus vocavi ad me proximos et vicinos meos, quorum nomina: Hadolt, Adallcoz, Kysalrih, Cunzo, Ekkyhart, Kerhart, Ermanrih, et in manus illorum totam dictam rem meam per wadium posui, si ego Freido in ipsa infirmitate defunctus fuissem, ut ipsi perfecissent traditionem quam ego ante dispositum vel cogitatum habui, hoc autem cum eis firmiter condixi et in illorum potestate indubitantur constitui. — Hoc[1]) peractum, praevalente infirmitate et die exitus animae illius adpropinquante, defunctus est Freido presbyter ipsique supra dicti aliquantum tempus detardaverunt hoc agere quod Freidoni presbytero promiserunt, veniens enim Hadolt advocatus Freidoni presbyteri et narravit Hittoni episcopo omnia, sicut actum erat, ipseque episcopus veniens in concilium Engilharti comitis et interpellabat eos de ipsa ecclesia quam Freido domui sanctae Mariae tradidit per manus illorum, ipsique confitentes verum esse, venerunt ad Frigisinga et perfecerunt, sicut eis iniunxit Freido presbyter, et confirmaverunt traditionem eius in altare sanctae Mariae, in praesentia virorum quorum nomina: Ratolf clericus, Uuenilo, Hadurih, Adalperht, Perakis. Actum est haec die consule[2]), quod facit 14. kalendas Octobris, anno primo Hludouuici imperatoris, indictione 7. Ego Tagabertus diaconus scripsi iussione Hittonis episcopi.

48.* *Investitur per cartam.* 816, October 4[3]).

Pérard, Recueil de plusieurs pièces curieuses servant à l'histoire de Bourgogne, Paris 1664, 14. Vgl. Brunner, Zur Rechtsgeschichte der römischen und germanischen Urkuude 1, 305.

In Christi nomine noticia, qualiter ante illuster vir Hildierno comite sed et scabienis vel plures personas, qui cum eo ibidem aderant, Campanias villa in mallo publico ibique veniens Erlegaudus abbas de ecclesia sancti Benigni Divionense cartas ibidem presentavit de res quae sunt in villa Bargas sitae, in monte Farulfo, in Bargas ad integrum et in monte Farulfo medietatem, eo modo Dodalenus sive Dodo ad ipso loco sancto condonaverunt, vel ad ipsa

---

[1]) *von hier an notitia, vorher carta.* — [2]) *vgl. S. 29, Anm. 2.* — [3]) *mit dem eigentümlich formulierten Datum dürfte doch wol der* ***erste*** *Sonnabend im October gemeint sein.*

congregatione tradiderunt. Et ipsas cartas ibidem relectas fuerunt et ad presens predictus abba per iudicium dedit novem testimonia legitima, bonas et veraces, testimoniaverunt et iurati perportaverunt[1]), quod tempore domni Pipini et tempore domni Karoli quondam regis et filii sui Ludovici regis ipsa casa Dei vestita fuisse et per ipsas cartas casa sancti Benigni vestitam vidissent et per legem et iusticiam vel per ipsas cartas ad sancti Benigni ad beneficio partem Erlegaudi abbatis omni tempore sint evindicatas atque legibus conquisitas his presentibus: signum Ursnado . . .[2]). Ego in Dei nomine Ualteridus presens fui, scripsi et subscripsi, datavi die sabbato proximo in mense Octobri, anno secundo regnante domno nostro Ludovico rege atque imperatore. Feliciter

49.* *Vergabung von Todes wegen an ein Kloster, mit Erneuerung der traditio von fünf zu fünf Jahren.* 817.

Urkundenbuch des Landes ob der Enns 1, 27 (Codex traditionum monasterii Lunaelacensis, No. 45). Vgl. Brunner, Zur Rechtsgeschichte der römischen und germanischen Urkunde 1, 268.

Latores legum sanxerunt, ut qui de iure proprio alicui aliquid tradere voluerit, hoc coram plures testibus faciat obplicare. Quapropter ego Sigiperht in Dei nomine recordatus sum antiqua tradicione mea, quam habuissem factam ad sancto Michahelo archangelo ad Maninseo[3]), nunc volo iterum renovabo cum filio meo Hunperhto illam tradicionem et volo firmiorem facere, quod ita factum est. Nunc trado omnem substanciam meam ad sancto Michahelo archangelo, quicquid habeo in loco qui dicitur Niuzzilingas ante omnia transfirmabo, sicut superius nominavimus, ut post obitum meum habeatis, teneatis, liberum perfruatur arbitrio et in omnibus habeatis potestatem, absque ullam contradiccionem, in vestrum dominium faciam. Et ista tradicio de quinquennio in quinquennium sit renovata et firmiter permaneat. Actum in loco ad Niuzilingas, anni Domini 817, indiccione 10. Sunt testes multi.

50. (39.) *Besitzstörung. Nachweis des Besitzes durch Zeugniss der Umwohner. Bestätigung von Königsschenkungen durch die Nachfolger. Revestierung mit körperlicher Besitzeinweisung und Auflassung. Bürgschaft.*

Meichelbeck, Historia Frisingensis 1, 2. Abteilung, 194, No. 358. Vgl. Laband, Vermögensrechtliche Klagen, 219 ff.; Sohm, Zur Geschichte der Auflassung (vgl. Citat zu No. 15), 85 ff.; Schröder, Die Franken und ihr Recht (vgl. Citat zu No. 16), 79, 82.

Convenientibus viris nobilibus, Hittone utique episcopo verum etiam Liutpaldo comite, in loco iuxta fluvium Pheterach, multorum ibidem confluentium pacificare contentiones quam etiam in caput conponere ne aliquid deterius contigisset. Interea igitur surrexit ad-

---

[1]) *so die Vorlage.* — [2]) *es folgen noch 31 Namen.* — [3]) *das Kloster Mondsee, östlich von Salzburg.*

vocatus episcopi, nomine Uuichart, et interpellavit quidam hominem, nomine Uualdker, dicens, quod iniuste curtem vel domum ecclesiae, quae sita est in loco nomine Pach, intraret et proprium servum sanctae Mariae vapularet. Ille autem dicens, hanc ecclesiam cum omnibus ad eam pertinentibus suam propriam esse. Tunc interrogavit eum Liutpaldus comis, utrum ille vel episcopus vestituram haberet. Ille vero coram cunctis tribus vicibus fatebat, se hanc vestituram firmiter tenere. Tunc episcopus et Liutpaldus arcesserunt illos homines, qui hanc causam optime noverant, eosque iurare fecerunt in reliquiis et ut veritatem huius rei omnibus publice ostenderent, quorum nomina haec sunt: inprimis Chuniperht, Haholf, Uuicco, Reginperht, Kerperht, Alauuih, Isso, Egilperht, Job, alius Alauuih, Pern, Memmo, Ampricho, Petto, Rihhuni, Uuichart, Erchanhart, et post sacramentum factum dixerunt, quod temporibus Karoli imperatoris Atto episcopus eam potestative haberet et suo presbytero Toto in beneficium praestitisset, similiter et Hittonem episcopum in datum Karoli et post eum Hludouuici imperatoris, usque Uualdker iniuste inde devestisset. His auditis sanxerunt populi, Hittonem episcopum et defensorem eius vestire debere. Tunc videbat, quod nequaquam optinere poterat quod volebat, sed iusto iudicio superatus reddidit ipsam ecclesiam cum omnibus adiacentibus in manus episcopi et defensoris sui. Fideiussor Uuolfleoz wadiavit omnia similia, item Uuolfleoz fideiussor pro altare 40 solidos[1]). Die vero eadem legitimum missum episcopi vestivit cum corda unde signum tangitur[2]) cum domibus, aedificiis, curtiferis, mancipiis, pecoribus, et se ipsum in evum absacitum[3]) fecit[4]). Actum est hoc sub die consule[5]) quod 17. kalendas Octobris, anno gloriosissimi Hludouuici regnum regente 5., indictione 12.

51. (40.) *Freilassung 'per kartulam' unter Ueberlassung des Peculiums. Ueberweisung des Freigelassenen als Wachszinspflichtigen in den Schutz eines Klosters.* 823, Juni 29.

Dronke, Codex diplomaticus Fuldensis, 187, No. 417. Vgl. Grimm, Rechtsalterthümer, 334 f.; P. Roth, Feudalität und Unterthanverband, 289—313; Brunner, Zur Rechtsgeschichte der römischen und germanischen Urkunde 1, 225.

Kartula ingenuitatis Frumigisi. Dilectissimo meo Frumigiso. Ego in Dei nomine Ata plenius pertractavi pro Dei timore et pro remedio animae meae ut ab iugo servitutis te laxare voluero ingenuum, quod et ita feci, ut ab hac die presente ingenuus sis et ingenuus permaneas et nulli heredum ac proheredum meorum nullo umquam tempore . . .[6]), nisi tantum annis singulis denarios 4 de

---

[1]) *in der Vorlage wird hier noch einmal* item Wolfleoz fideiussor *wiederholt.* — [2]) *Grimm, Rechtsalterthümer, 184.* — [3]) = possessionem abdicare, *Du Cange; vgl. S. 5. Anm. 3.* — [4]) *andere Verhandlungen vom selben Tage fallen hier aus.* — [5]) *vgl. S. 29, Anm. 2.* — [6]) *hier ist* servitium impendas *oder etwas ähnliches ausgefallen; vgl. No. 3 sowie die Formeln bei de Rozière, Recueil, No. 72, 74, 76, 82—85.*

cera ad ecclesiam sancti Bonifatii, quae est constructa in silva quae dicitur Buochonia, ubi ipse sanctus Dei ac gloriosus martyr sacro requiescit corpore et ubi vir venerabilis Hrabanus abba preesse videtur, et ad festivitatem sancti Bonifatii dare studeas, et si exinde neglegens visus fueris, cum uno solido restituas, et cui dono ad confirmandam ingenuitatem ipsius quicquid peculiare habes aut deinceps elaborare potueris concessum habeas, mundburt vel defensionem ad ipsam ecclesiam in omnibus habeas. Si quis vero, quod fieri non credo, si ego ipsa, quod absit, aut aliquis de heredibus meis vel proheredibus meis seu quislibet ulla opposita persona, qui contra hanc kartulam ingenuitatis venire aut eam infrangere voluerit, iram Dei omnipotentis incurrat et sancti Bonifatii, et insuper inferat ad ipsam supra dictam ecclesiam auri uncias 2, argenti libras 4 coactus exsolvat, et tamen quod repetit evindicare non valeat, sed presens ingenuitatis kartula hec omni tempore firma et stabilis permaneat cum stipulatione subnixa[1]). Facta kartula ingenuitatis haec sub die 3. kalendas Iulias, anno 10. regni domni Hludouuichi serenissimi imperatoris. Actum in Mogontia civitate in capella sancti Bonifatii coram testibus inferius scriptis. † Atûn[2]), quae hanc kartulam ingenuitatis fieri atque firmare rogavit, † Salichi, † Fruoridi, † Otrammi, † Hartuuini, † Thruodulfi, † Folcberctí, † Gundrammi, † Uuigrichi, † Ratgeri, † Ratulfi, † Sigimanni, † Reginfridi, † Altmanni, † Scapfleichi. † Ego Starcharius subdiaconus rogatus scripsi et notavi diem et tempus, quo supra.

52. (41.) *Wiederholte Vergabung für bestimmte Todesfälle. Vollziehung der definitiven Vergabung von Todes wegen durch wiederholte symbolische Investitur an den Salmann.*

Meichelbeck, Historia Frisingensis 1, 2. Abteilung, 260, No. 492. Vgl. das 1. Citat zu No. 47 und die Citate zu No. 8.

Notum est cunctis in provincia seu vico quae vocatur Zollinga vel vico nominato ad Hage seu omnibus in his locis in propinquitate manentibus multisque aliis et procul commorantibus venerabilibus et nobilibus viris, tam in ordine sacerdotali quam etiam habitu seculari, qualiter vir fidelis nomine Uuolfheri propriam hereditatem suam, quam ei pater suus moriens in alodem reliquit[3]) in loco iam dicto ad Hage, quod Cozperht, pater Uuolfharii, ei in proprietatem dereliquit, iam post obitum patris sui ipse Uuolfheri conpunctus amore divino, statim divisa hereditate cum fratre nomine Uuarc, spontanea ac devota devotione sospis et incolomis suam legitimam hereditatis partem domui sanctae Mariae in loco Zollinga pro redemptionem suae animae

[1]) *vgl. S. 3, Anm. 1.* — [2]) *Genitiv von Ata, ahd. schwaches Femininum; vgl. S. 27, Anm. 1.* — [3]) quam *bis* reliquit *scheint späterer Zusatz, da das selbe hinterher noch einmal gesagt ist.*

tradere et firmiter condonare constituit. Ita et fecit omni tempore, quando extra provinciam aut in hoste aut in quacumque legatione domini sui pergere debuerat, iam dictam hereditatem in manus Uuagoni domini sui commisit, ita dicendo coram multis, si ei in illo itinere exitus vitae suae evenisset, firma stabilitate ad domum sanctae Mariae in perpetuum permansisset. Nunc vero evenit ei, ut conpunctus divina clementia[1]) firmiter perfecisset opere, quod frequenter verbis promisisset. Veniens ipse Uuolfheri cum proximorum turma ad basilicam beatissime virginis Mariae, absente Uuagone, tradidit omnia quodcumque in iam dicto vico hoc habuit, curtem cum aedificiis et omnia utensilia ad eum pertinentia, tam culta quam inculta, mobilia et inmobilia, nihil extra dimisit, sed totum cum omni integritate domui sanctae Mariae legitima donatione deligavit et cum testibus firmiter confirmavit. Itemque veniente Uuagone de domno Hittone episcopo ipsumque iterum ad eundem domnum ad confirmationem huius traditionis venire rogavit, ipseque ita fecit, congregatis ipsis testibus seu adiunctis aliis quam plurimis testibus, pervenerunt ad ipsum Uuolfharii domum, ibique congregatis omnibus prioribus testibus, coram ipsis enarravit Uuolfheri omnia, quae fideliter actum habuit et cum testibus confirmatum. Placuit tunc omnibus, ut eodem ordine et ratione ipsam traditionem, ita et omnibus ibidem presentibus et videntibus, perfecisset. Et sicut prius, ita fecit: ea ratione, ut absciso proprie arboris ramo et coram cunctis ipse Uuolfheri in manus Uuagonis tradito cum omnibus tradidit quodcumque ad eundem domum et curtem legitime pertinere deberet. Ita iterum perfecit, et tunc legitimos testes per aures traxit[2]) et indubitanter confirmavit: ea firma ratione, ut ipse ad suam vitam haberet et emelioraret, non in nullo minueret, et ut hoc firmiter sit dictum, ut post obitum suum nulli in beneficium donatum fiat[3]), sed in perpetuum domui sanctae Mariae deservire nullus impedire valeat. Haec sunt testes: Rihpald, Reginperht, Otperht, Cauzo, Hroadprant, Ambrico, Uuago, Hunger, Patucho, Lantperht, Alaman, Oato, Oadalpald, Kerperht, Arperht, Sigiperht. Actum est haec anno incarnationis Domini nostri Jhesu Christi 825, 11. kalendas Maias, indictione 3., anno gloriosi Hludouuici imperatoris 12. et Hittonis episcopi 14.

53. (42.) *Verkauf des Neubruchs (captura) einer Rodungsgenossenschaft. Zahlung des Kaufpreises in fahrender Habe. Auflassung*[4]). (826—827.)

Dronke, Codex diplomaticus Fuldensis, 207, No. 471.

Traditio capturae ad Suuarzesmuore. Isti tradiderunt illam capturam ad Suuarzesmuore: Uualto et accepit quatuor inaures[5])

---

[1]) *die Vorlage hat:* clementia quod firmiter perfecisset. — [2]) *vgl. S. 29, Anm. 1.* — [3]) *bezieht sich auf das von den Königen in Anspruch genommene Recht, kirchliche Besitzungen als Beneficien zu verleihen.* — [4]) *wurde in der ersten Auflage irrtümlich auf Beute bezogen.* — [5]) *Ohrgehänge.*

et unum gladium; Farolf sibi et fratribus suis unum gladium et unum pallium laneum; Adalriche unum gladium et pallium laneum; Matto unum gladium; Herimuot unum bovem, qui illam capturam nunc acquirit; Erphung unum gladium; Altolf unam vaccam; Otrih, qui hanc capturam circumduxit, accepit unum caballum et unum pallium et unum gladium et unum baconem[1]). Isti tradiderunt et nihil acceperunt: Tagapraht, Reginpraht, Teoro, Erpuuart, Perahtger, Uuolfacar. Isti coeperunt illam capturam inprimitus ad Suuarzesmuore: nostri servi Hruodger, Eigolt de Iazahu.

Anno ab incarnatione Domini 827 et regni Hludouuici imperatoris 14. factus est conventus publicus in loco qui dicitur Suuarzesmuor, et Hrabanus abbas fuit in eo et Poppo comes et maiores natu de comitatu eius, quorum nomina sunt: Liutpraht, Uuidarolt, Uuotan, Gundacar, Herimot, Friduhelm, Nidhart, Ortheri, Otto, Alspraht, Einrat, Helmolt, Ratger, coram quibus Herimot et Berahart dixerunt se in illa captura aliquam habere portiunculam, sed tamen eorum acquisitio ita difinita est et pacata, ut dominus Hrabanus abbas illis duos boves et duo pallia lanea et linea, duos gladios daret, et illi negaverunt et abdicaverunt coram suprascriptis nobilibus viris, quod ulterius in illa captura nullam communionem habeant. Coram his vero testibus datum fuit quod dominus Hrabanus abbas promisit, et negatum et traditum ab Herimote et Beraharte et Munihelme et Attamanne et Nidgere et Lungane, id est: Gatto monachus, Altolf monachus, † Uuotan, † Amanolf, † Iungman, † Otto, † Unarg, † Hiltiman, † Bernuuin, † Hahmunt, † Albuuart, † Erpuuin, † Gozrih, † Meginhart, † Engilrih, † Farolf, † Goteram, † Otacar, † Friduger, † Gerbald, † Ramuolf, † Uuirunt, † Oti.

54.* *Schenkung an eine Kirche. Reale Besitzübergabe und Besitzräumung. Iustitia der baierischen Ehefrau.* 831, April 6.

Meichelbeck, Hist. Frising. 1, 2. Abteilung, 288, No. 550. Vgl. die Citate zu No. 15; Brunner, Zur Rechtsgeschichte der römischen und germanischen Urkunde 1, 274; Schröder, Geschichte des ehelichen Güterrechts 1, 69 f.

Beatae memoriae Rubo archipresbyter suam amplificare studuit basilicam in loco Tanstetti et in omnibus reaedificare et in alio loco constituere vel etiam suam renovare ante actam traditionem. Ipsa vero ecclesia reaedificata et in omnibus emeliorata advocavit supra dictus Rubo Hittonem episcopum ad[2]) ipsam ecclesiam dedicandam. Adveniensque praeclarus pontifex, suis supplicationibus petitionibusque adquiescens, almis candidisque manibus ipsam ecclesiam dedicavit. Ipsaque dedicatione solemniter celebrata coram multis adstantibus accessit memoratus archipresbyter Rubo, anteactam traditionem renovavit et per pallium altaris firmiter tradidit in capsam sanctae

---

[1]) *Schinken.* — [2]) *fehlt in der Vorlage.*

Mariae et in manus Hittoni episcopi ipsam ecclesiam et omnem proprietatem suam quam in suam partem de suis fratribus accepit, et partem matris suae Itispurc nomine, eo quod mater eius omne quod ad iustitiam propriam de marito accepit, totum ex integro filio suo Ruboni condonavit et firmiter tradidit. Ipseque Rubo pro patris sui animam, nomine Sigipald, et matris suae et pro seipsum firmiter atque indubitanter ad domum sanctae Mariae matris Domini, seu sancti Corbiniani confessoris Christi, in loco Frigisinga condonavit et firmiter tradidit, hoc est in tribus locis, ad Tanstettin, quod vicus vocatur Humpla, ad Stroagun et ad Isana; quicquid enim in ipsis tribus locis proprie hereditatis habuit, cum omni integritate ad Frigisingas domui sanctae Mariae tradidit, preter unum mansum vestitum cum mancipiis et plena colonia, sicut servi debent habere. Et statim pro fune signi de omnibus rebus suis vestivit et inde per superliminare domus in omnibus firmiter vestivit, et exivit Rubo archipresbyter, et intravit Hitto episcopus et ipsam vestituram firmiter peractam accepit et ipsam noctem nullo contradicente in ipso domo de ipsis rebus vestitus ibidem mansit. Hoc factum est ad Tanstetin anno incarnationis Domini 831, indictione 8., Hludowici imperatoris sui anno 17. et Hludowici regis Bawariorum anno 5., in 8. idus Aprilis. Et isti testes more Bawariorum per aures tracti [1]): Kerhart . . . [2]).

55. (43.) *Reale Investitur in Vollziehung einer Vergabung von Todes wegen an Grundstücken und Hörigen durch die Substituten der Salmannen vorgenommen. 'Sessio triduana' des Erwerbers.* 842.

Beyer, Urkundenbuch der mittelrheinischen Territorien 1, 107, No. 103 (für die Datirung vgl. daselbst 2, 590, No. 92.). Vgl. Laband, Vermögensrechtliche Klagen, 241 ff.; Heusler, Gewere, 168 ff.; Brunner, Zur Rechtsgeschichte der römischen und germanischen Urkunde 1, 296, Anm. 1; das 2. Citat zu No. 38; Sohm, Fränkisches und römisches Recht (vgl. Citat zu No. 16), 59, Anm. 89.

Testimonia qui viderunt, quod vassus domni Lotharii imperatoris, nomine Folradus, fideiussor existens Bivini comitis et Gerardi comitis atque Tancradi, et venit cum pluribus viris [3]) in villam Vilanciam in pago Arduennae, quae olim Richardi comitis fuerat, et supradictos viros pro animae suae remedio suggessit [4]), eam cum omnibus rebus propriis ex ista parte Reni fluminis sitis monasterio Prumia deligare. Et his omnibus in praesentia imperatoris gestis atque confirmatis, supradictus Folradus cum testibus subter adnexis veniens in eadem villa Vilancia et tam de ipsa villa quam de omnibus rebus Richardi, sicut supra comprehensum est, manalitis [5]) venerabilis Marcuuardi abbatis, Goeramnum scilicet, Adalbertum et Hildifraudum

---

[1]) *vgl. S. 29, Anm. 1.* — [2]) *es folgen noch dreissig Namen.* — [3]) *die Vorlage hat* venit c. pl. v. venit in villam. — [4]) *Subject ist hier* Richardus comes. — [5]) *das Wort kommt nur hier vor, vgl. Du Cange: so viel wie Beamte, Beauftragte; die selben Personen werden unten* missi *genannt.*

simulque et Teotfredum, advocatum ipsius monasterii, revestivit, et ipsi easdem res triduo secundum legem insiderunt. Hii sunt testes: Gerbernus, Heimeradus, Rocculfus, Bernarius, Meginarius, Gerlacus, Bernardus, Amaluuinus, item Bernardus, Tatilo, Nithardus, Adaluuardus, Buodo, Uuielfridus, Leibuinus, Herigaudus, Egiloldus, Sigifredus, Ernibaldus, Erluinus, Folcradus, Huodilbertus. Testimonia in quorum presentia fuit Vilancia tradita partibus sancti Salvatoris. De omnibus vero mancipiis per servum unum, nomine Germinanum, similiter eosdem missos revestivit [1]).

56. (44.) *Verkauf eines Neubruches. Quittirung des Kaufpreises. Reale Investitur durch Umgehung und Bezeichnung der Grenzen.* 848, Juli 20.

Lacomblet, Urkundenbuch für die Geschichte des Niederrheins 1, 29, No. 64. Vgl. das 1. Citat zu No. 41 und J. Grimm, Rechtsalterthümer 86 f.

In Christo patri Altfrido, gratia Dei episcopo, emptori, ego Gunthard et Athiluuin, venditores. Constat nos tibi vendidisse et ita vendidimus, id est conprehensionem nostram in silva quę vocatur Uuitherouuald, quam conprehensionem homines tui una nobiscum circuierunt et novis signis obfirmaverunt. Et accepimus a te pretium pro ea, sicut inter nos convenit, hoc est libras 3: in ea ratione, ut post hunc diem ipsa conprehensio ad proprium vestrum monasterium pertineat quod vocatur Uuerthina [2]), et quicquid ex ea facere volueris, ab hac die liberam et firmissimam habeas potestatem. Si quis vero, quod fieri non credimus, hanc venditionis cartulam infringere temtaverit, iram Dei incurrat et a liminibus sanctorum alienus existat, et hec venditio firma permaneat, stipulatione subnixa [3]). Acta in Uuerthina monasterio, 13. kalendas Augustus, anno incarnationis dominice 848, regnante Hloduuuico iuniore anno 9., indictione 11., feria [4]) sexta. Isti sunt testes qui hoc audierunt et viderunt: Ego Liudbaldus humilis levita rogatus scripsi et subscripsi. Signum Gunthardi et Athiluuini, qui hanc traditionem fieri rogaverunt. S. Bernharii, S. Meinhardi, S. Heribratti, S. Reinhardi, S. Bernuuini, S. Hrodger, S. Nunnoni, S. Irmumfridi, S. Erkingeri, S. Helmfridi.

---

[1]) *die Uebergabe erfolgte auf Grund einer Schenkung von Todes wegen, welche Lothar I. 842, Lothar II. 864 bestätigten; vgl. die Urkunden bei Beyer 1, 78, No. 70 und 104, No. 100. In ersterer heisst es:* Marcuardus abba ex monasterio Prumia . . . innotuit celsitudini nostrae, qualiter Richardus quondam comes illuster pro remedio animae suae res suas proprias ad dictum monasterium per Bivinum fratrem suum et Gerardum et Basinum, qui et Tancradus, comites, tradere fecisset, et non solum res ex qualibet legali adquisitione advenientes, verum etiam et quandam villam in pago Arduennensi sitam, quae dicitur Villantia, cum sua integritate, quam piae memoriae domnus et genitor noster Hludouuicus imperator per praeceptum largitionis suae eidem Richardo confirmaverat. — [2]) *die Abtei Werden.* — [3]) *vgl. S. 3, Anm. 1.* — [4]) *die Vorlage hat* feriea.

57. (45.) *Gegenseitige Vergabung des ganzen Vermögens unter kinderlosen Eheleuten. Rückvergabung nach der Ehescheidung. Schenkung. Reale Investitur. Beneficium auf Lebenszeit.* 849.

Meichelbeck, Historia Frisingensis 1, 2. Abteilung, 334, No. 659. Vgl. Schröder, Eheliches Güterrecht 1, 159 f., 176; Beseler, Erbverträge 1, 85 f. und die Citate zu No. 8.

Traditio Hruodperti de Hruotperhtesdorf. Venit quidam vir nobilis, nomine Hruodperht, ad Frigisingas pro remedio animae suae cogitans; ipsa vice contigit, quae iam ipsius fuerat uxor ibidem venisse, nomine Liutsuuind, qui iam alter altero tradiderunt proprietatem suam, sed dum divisi essent, uterque illorum suam habuit proprietatem. Tunc vero, ut firmior fieret traditio eius, iam dicta Liutsuuind dimisit ei ipsam traditionem, quam olim ei peractam habuisset, et presens adstabat, et ille firmiter quicquid in iam dicto loco habuit firmiter ad domum sanctae Mariae tradidit, mancipia his nominibus: Hemmo, Uuolfhram, Alprihc, Heriuuart, Comadrud. Hoc factum est anno incarnationis Domini 849 ad Frigisingas, indictione 12. Isti sunt testes: Adaluni, Sigiuuart, Aodalscald, Liutperht, Hruodperht, Odolt, Meginfrid, Reginperht, Cotahelm, Erchanperht, Anthelm, Hucco, Liutperht, Spulit, Rihheri, Sigihart, Adalperht, Liutolt, Sallo, Anulo, Uuicrih, Meripato, Uualdker, alius Adalperht, Cozperht. Postea venit Adalgarius praepositus ad ipsum locum et vestituram ipsius traditionis accepit. Isti sunt testes vestiture ipsius: Amalker, Hadaperht, Eckyhart, Immino, Cotaperht, Crimperht, Anulo. Et econtra in beneficium accepit ipsam aecclesiasticam rem quae dicitur ad Herinchova cum mancipiis 5 ad utendum et emeliorandum usque ad vitam suam.

58. (46.) *Bedingte Schenkung mit Vorbehalt des Besitzes zu Zinsrecht und eines verschiedenartigen Rückkaufsrechts für den Schenker und seine Erben.* (849, Juni 20. — 850, Juni 20.)

Wartmann, Urkundenbuch der Abtei Sanct Gallen 2, 29, No. 408. Vgl. das erste Citat zu No. 47.

In Dei nomine. Perpetrandum est, quod sapientia Dei per Salomonem dixit: 'Redemptio animę viri proprię divitię eius', Redemptoris quoque verba dicentis: 'Date elymosinam, et omnia munda sunt vobis'. Ideoque ego Salomon, his ammonitionibus compunctus simul et confisus, dono donatum, et hoc est quicquid proprium habere visus sum in Linzgauve, ad honorem sancti Galli, absque duobus mancipiis Cotabertus et Thiotker et quod in villa Uuildorf habere visus sum. Si sospes ad propria non regrediar, filius meus Madalbertus usque ad decimum annum pro illo singulis annis censum solvat, id est servi unius geldum[1]), et postea redimat cum 40 solidis. Et quod in

[1]) *nach der Lex Alamannorum (Hloth. 8, A, Lantfr. 6, Karol. 8) galt der servus 12 oder 15 solidi; vgl. Mon. Germ. Leges 3, 48, 93, 133.*

Lindolvesuuilare et in Uuintarsulaga habeo, soror mea Meginrat aut filii eius ad annum usque 10. singulis annis censum solvant, id est geldum servi unius, et postea redimant 80 solidis. Et si filius meus interim mortuus fuerit sine herede, soror mea superius nominata aut posteritas eius redimant totum bis 80 solidis. Et si contigit, ut absque heredibus sit, totum atque integrum ad honorem sancti Galli firmiter consistat. Atque si Deo favente in propria regressus fuero, licentiam habeam cum uno solido redimere totum, quandocumque sit. Signum Salomoni, qui istam traditionem fieri atque firmare rogavit[1], S. Echoni, † Cozbreht, † Rihcker, † Kerolt, † Hartbreht, † Kundheri, † Uuitbot, † Uualtheri, † Rantuuig, † Cotebreht, † Nandker, † Khunimunt, † Engilhart, † Uuilligart, † Fridihelm. Ego itaque Hunoltus rogatus scripsi et subscripsi. Notavi diem Martis, tertia feria, anno decimo regni Hludouuici, sub Uuelfone comite. Actum in Potamo curte regis publica.

59. (47.) *Freilassung durch den König 'per excussionem denarii'. Ueberweisung des vom Vater der Freigelassenen besessenen Grundstückes zu freiem Eigentum.* 851, April 19.

Beyer, Urkundenbuch der mittelrheinischen Territorien 1, 87, No. 81, Vgl. Wartmann, Urkundenbuch der Abtei Sanct Gallen 2, 133, No. 519, 350, No. 748; J. Grimm, Rechtsalterthümer, 178 f., 332; Roth, Feudalität und Unterthanverband, 289—313; Winogradoff in Forschungen zur deutschen Geschichte 16, 599 ff.

Preceptum domni Lotharii serenissimi augusti de libertate Dodane ancille sue. In nomine Domni nostri Ihesu Christi Dei aeterni. Hlotharius divina ordinante providentia imperator augustus. Omnibus fidelibus sanctae Dei ecclesiae et nostris, presentibus scilicet et futuris, notum sit, quod nos pro mercedis nostrae augmento in procerum nostrorum presentia ancillam nostram, nomine Dodanem[2], manu propria excutientes a manu eius denarium secundum legem Salicam, liberam eam fecimus et ab omni iugo servitutis absolvimus, eius quoque absolutionem per presentem auctoritatem nostram confirmamus atque nostris et futuris temporibus firmiter atque inviolabiliter mansuram esse volumus. Precipientes ergo iubemus, ut, sicut reliquae manumissę, quę per huiusmodi titulum absolutionis a regibus vel imperatoribus a iugo servitutis noscuntur esse relaxatę ingenuę, ita deinceps memorata Doda per hoc nostrum pręceptum plenius in Dei nomine confirmatum, nullo inquietante, Deo auxiliante, perpetuis temporibus valeat permanere bene ingenua atque secura. Concedimus illi etiam ad proprium mansum unum, quod pater eius, Ratbertus nomine, habuit in villa Eralio, cum mancipiis utriusque sexus ad eundem mansum pertinentes, ut per hanc nostram auctoritatem habeat, teneat atque possideat, faciatque exinde quicquid elegerit vel voluerit, remota omnium inquietudine vel contrarietate. Et ut haec

[1]) *vgl. Brunner, Zur Geschichte der römischen und germanischen Urkunde 1, 220 f.* — [2]) *später sein Kebsweib.*

absolutionis atque concessionis auctoritas rata atque inviolabilis per futura maneat tempora, manu propria subter eam firmavimus et anuli nostri impressione signari precepimus. Signum Hlotharii serenissimi augusti. Rotmundus notarius ad vicem Hilduini recognovit. Data 13. kalendas Maii, anno Christo propicio imperii domni Hlotharii augusti in Italia 31. et in Francia 11., indictione 14. Actum Aquisgrani palacio in Dei nomine feliciter. Amen.

60. (48.) *Verkauf eines Grundstückes mit Constituirung eines Näherkaufes für einen Dritten.* 851. Juni 12.

Wartmann, Urkundenbuch der Abtei Sanct Gallen 2, 35, No. 415. Vgl. daselbst 2, 79, No. 463.

In Christi nomine. Anno 18.[1]) regnante Lodoicum rege, filium Lodoici imperatoris, scripsi ego Andreas presbiter rogitus a Balfredum et uxore sua Evaliane. Constat eos vindere et vindiderunt tibi Uuacharenti et filiae tuae Odolsindai de Segavias curtem[2]) de Escolasticanes iure in aquis, in silvis, in pascuis, in accessionibus et in aquarum decursum. Et incontra reciperunt venditores de ad emptores 12 solidos in bono pretium valientem; ipse pretius fuit Odolsendas. In tale vero rationem, quod, si ipsa iure vendidere voluerit, non habeant licentiam nec ad Romanos nec ad Alaemannos, set Priecto vel ad suos infantes; exceptum si pro remedium animae suę voluerint donare ad monasterium sancti Galli, licentiam habeant. Et tradiderunt ipsa iure ad perpetuum possidendum, exinde facere queque voluerint, quia sicut iam superius diximus. Si quis vero, quod fieri non credimus, si aliquis aliquando de nos vel de aeredibus nostris aut subposita persona, que contra anc cartam vindicionis ire, temptare vel inrumpere voluerit, persolvat dubla terra cui commutare voluerit, et iudici aurum liberas 3, cum stibulacione subnixa[3]). Facta carta vinditionis in vico Vinonna[4]), pridie idus Junii, sub presentia testium qui ab eos rogiti venerunt vel signum fecerunt. Notavi diem et regnum. Signum Baldfredi et Evalianes, qui hanc cartam fieri rogaverunt. Testes: Honoratus, Joannes, Valerius, Tantio, Pasquales, Anteianus, item Tantio et item Tantio.

61. (49.) *Freilassung eines Geistlichen nach römischem Recht.* 851, October 8.

Wartmann, Urkundenbuch der Abtei Sanct Gallen 2, 37, No. 417. Vgl. daselbst 1. 95, No. 101 von 784; die Formeln bei de Rozière, Recueil 1, 96 ff., No. 71—77; Rettberg, Kirchengeschichte 2, 650; c. 1, 6 Dist. 54; Capitulare Aquisgranense von 817, c. 6 (Mon. Germ. Leges 1, 207).

Auctoritas ecclesiastica patenter ammonet, insuper et maiestas regia canonice religioni adsensum prebet, ut quemcumque ad sacros

---

[1]) *es muss dahingestellt bleiben, ob der Schreiber von 833 oder 840 an gerechnet hat. Letzteren Falls würde die Urkunde in das Jahr 858 gehören.* — [2]) *die Vorlage hat* cum, *der Herausgeber will lesen* casale *statt* cum de. — [3]) *vgl. S. 3, Anm.* — [4]) *das heutige Rankwil in Vorarlberg.*

ordines ex familia propria promovere ecclesia quęque elegerit, in pręsentia sacerdotum canonicorum simul et nobilium laicorum, eius cui subiectus est manumissione sub libertatis testamento sollemniter roboretur. Idcirco ego in Dei nomine Engildruda quandam[1]) Dei ancilla una cum manu advocati mei, nomine Richolfi, quendam meum famulum, nomine Sigimarum, sacris ordinibus dignum in pręsentia nobilium virorum liberum ab omni vinculo servitutis dimitto, cui Romanam libertatem per hoc auctoritatis testamentum statuo, ita ut ab hodierno die et tempore bene ingenuus atque securus permaneat, tamquam si ab ingenuis fuisset parentibus procreatus vel natus, eandemque pergat partem quamcumque volens canonice elegerit, habensque portas apertas; ita ut deinceps nec mihi nec successoribus meis ullum debeat noxię conditionis servitium neque aliquod libertatis[2]) obsequium; sed omnibus diebus vitę suę sub certa plenissimaque ingenuitate, sicut alii cives Romani, per hanc manumissionis atque ingenuitatis titulum bene semper ingenuus atque securus exsistat, suumque peculiare, quod habet aut quod ab hinc adquiri poterit, faciat inde secundum canonicam auctoritatem libere quicquid voluerit. Et ut hęc testamenti atque ingenuitatis auctoritas inviolabilem inconvulsamque obtineat firmitatem, ego Engildruda et Richolf advocatus meus amborum manibus subter firmavimus, sacerdotes quoque ita nominati manus suas in pręsentem ingenuitatis cartulam miserunt: Pero, Adalman, Hiltiger, Ratpot, Paldolt, Rantolf. Actum in villa Hostrahun[3]) nuncupata, in pręsentia Salomonis[4]) et Reginolfi, missis domni Hludauuici regis. Signum Hiltibaldi missi, Honrati comitis, S. Otkis, † Hucpret, † Hadabret, † Liutram, † Cros, † Adalcoz, † Ruadmunt, † Uuillihelm, † Dioterih, † Reginolt, † Rathelm, † Petto, † Hemmo, † Liutpold, † Adalhelm, † Uuolfhart, † Ellinbold, † Egibreht, † Froimunt, † Heimo, † Nordeloh, † Sigimar, † Uuarmunt, † Erferih, † Daucheni, † Ruadhart, † Subo, † Uuolfbret, † Ratpret, † Altebret. Ego itaque Uuatto diaconus rogatus scripsi et subscripsi. Notavi diem Jovis, in 8. idus Octobris, regnante domno Hludauuico rege Alamannorum atque Peiowariorum anno nono, sub Honrato duce nobilissimo feliciter. Amen.

62. (50.) *Bedingte Vergabung von Todes wegen. Grundstücke, Eigenleute und fahrende Habe betreffend, durch die Hand eines Salmanns.* 855, April 20.

Wartmann, Urkundenbuch der Abtei Sanct Gallen 2, 59, No 441. Vgl. No. 43 und Beseler, Erbverträge 1, 166 f.

Ego in Dei nomine Posso, limina apostolorum Petri Paulique orationis gratia visitare cupiens ignoransque varios itineris eventus, pro animę meę remedio aliquas proprietatis meę res ad loca sancta

---

1) *statt* quaedam. — 2) *statt* libertinitatis; *vgl. die Formeln bei de Rozière, Recueil, No. 82, 83, 84, 89.* — 3) *Ostrach in Hohenzollern.* — 4) *Bischof Salomo I. von Constanz.*

donare curavi. Trado igitur ad monasterium sancti Galli, cui Grimaldus in presentiarum pręest, quędam mancipia in villa Illinouva manentia, his nominibus: Uuolfmundum et uxorem eius et filios eorum, Happonem quoque et Hattonem prolemque eorum, iuga etiam boum 6 ad hanc curtem pertinentia, et in Hunichinuuilare dimidietatem equaritiae[1]) meę, et in Altdorf totam vaccaritiam[2]) meam: ea videlicet ratione, ut, si de instanti itinere incolumis rediero, easdem res ad me recipiam proprio iuri subiectas, si ita libitum tunc fuerit; si autem Deo disponente debitum humanum in eodem itinere exsolvero, ad pręfatum coenobium omnes supradictę res revertantur. Acta ęst autem hęc traditio in Hunichinuuilare[3]) publice, pręsentibus his, quorum hic nomina subscripta sunt. Signum Bossonis auctoris, Ruodger, Adalbreht, Hadamar, Suab, Hartbret, Thiotbret qui hanc vestituram facere debet[4]), S. Erchanbret, Uualtili, Gunzo, Baldolt, Uoto, Lantfrid, Blidger, Berehthart, Ruodbertus advocatus sancti Galli. Ego itaque Marcellus ad vicem Thiotharti scripsi et subscripsi. Notavi diem sabbati, 12. kalendas Maii, anno 17. Hludouuici regni, sub Oadalricho et Geroldo comitibus.

63. (51.) *Bedingte Schenkung des ganzen Vermögens mit Rückempfang des Geschenkten als Beneficium gegen Zins für den Schenker und seine Nachkommen. Alamannische Bekräftigungsformel.* 862, März 1.

Wartmann, Urkundenbuch der Abtei Sanct Gallen 2, 106, No. 490. Vgl. von Meibom, Das deutsche Pfandrecht, 270; die Citate zu No. 8; Bluhme, über die Bekräftigungsformeln der Rechtsgeschäfte, im Jahrbuch des gemeinen deutschen Rechts 3, 205, 222 ff.; R. Löning, Der Vertragsbruch im deutschen Recht, 592 f.; Sohm in Grünhut, Zeitschrift für Privat- und öffentliches Recht 5, 13, Anm.

Ego in Dei nomine Hugibreht trado ad monasterium sancti Galli, ubi Grimaldus abbas praeesse videtur, pro remedio animae meae quicquid proprietatis vel conquisitionis in pago Prisigauge habere dinoscor, excepto Stephano servo meo, quem extra dimitto, et si aliquid ego ipse de pecunia mea in die obitus mei pro anima mea cum manu mea donare voluero, hoc volo esse extra hanc traditionem; cetera omnia, sicut in praesenti die habere visus sum, id est pecuniis, mancipiis, edificiis, vineis, campis, pratis, pascuis, silvis, viis, aquis aquarumque decursibus, quicquid dici aut nominari potest seu quodcumque in pignus acceptum habeo, si me vivente redemptum non fuerit, tunc post obitum meum, si redimitum fuerit, pecunia illa, pro anima mea ad sanctum Gallum donetur, et, sicut iam dixi, alia omnia volo esse tradita ac delegata pro remedio animę meae ad coenobium sancti Galli: sub ea convenientia, ut easdem res ad me recipiam et annis singulis inde censum persolvam, id est 2 de-

[1]) *Stuterei.* — [2]) *Sennerei.* — [3]) *Hinwil im Kanton Zürich.* — [4]) *als Salmann.*

narios vel in alio precio taxato, et ut cum eisdem rebus plagitatum habeam tantum tempus vitae meae a parte sancti Galli beneficium, quod inde visus sum modo habere. Si autem mihi ipsi Hugiberto legitimus heres et rectus de legitima coniuge progenitus fuerit, tunc ipse post obitum meum et illius iusta ac legitima procreatio, si ab eo genita fuerit, ipsum censum solvat quem ego annis singulis, et easdem res possideat. Redimendique nec ego Hugibert nec ullus de heredibus meis iustis vel iniustis deinceps licentiam vel potestatem habeat. Quod si legitimi et recti mihi Hugiberto heredes a me geniti defecerint, tunc cum omni integritate ad rectores sepe dicti monasterii sancti Galli redeant habendae in evum, similiterque faciant, si de ipso censo neglegentes apparuerimus. Nullusque hanc traditionem a me factam violare audeat; quod si quis fecerit, illa conponat que in lege Alamannorum continentur, et haec traditio nihilominus firma et stabilis permaneat, stipulatione subnixa[1]). Actum in Pinuzheim[2]) coram basilica sancti Laurentii. Signum Hugiberti auctoris, qui hanc cartam fieri iussit, † Griffo, † Uuolbrcht, † Adalhugi, † Adalger, † Meginheri, † Engilheri, † Uuolvolt, † Zeizman, † Hildiger, † Vadilleoz, † Theotpold; de Durgauge: † Craloh, † Theothart, Uuolfcanc, Puaso, Uuolfleoz. Ego itaque Theothart ad vicem Edilleozi diaconi scripsi et subscripsi. Notavi diem dominicum in kalendas Martii, anno 25.[3]) Hludouuici regis in orientali Francia, sub Albaricho comite.

64.* *Vindication von Grundstücken. Stellung des Gewährsmannes. Bruch an dem Gewähren. Verkauf derselben Sache an mehrere. Veräusserung durch traditio cartae. Anerkennungsrevers des Klägers und seines Gewährsmannes. Kassierung einer Urkunde. Anwendung des westgothischen Rechts.* 862, November 18.

Devic u. Vaissete, Histoire générale de Languedoc (Paris, 1730) 1, preuves, 113, No. 88, (2. Ausgabe, 1875) 2, preuves, 331, No. 161. Vgl. R. Löning, Der Vertragsbruch im deutschen Recht, 114 Anm. 21, 125.

In iudicio ante[4]) Isimberto, misso Unafredo comite seu et Adaulfo, et iudices qui iusi sunt causas dirimere et legibus difinire, id est Adefonsus . . .[5]), iudices, sive inpresentia . . . .[6]) et aliorum multorum bonorum ominum, qui cum ipsis ibidem residebant in mallo publico in Narbona civitate, pre multorum ominum altercationes audiendas et necotiis causarum derimendis vel rectis et iustis iudiciis finiendis; ibique in supradictorum iudicio veniens omo nomine Richimirus, qui est mandatarius de Richimiro abate et de concrecatione sancti Johannis monesteri, qui situs est in territorio Carcasense

[1]) *vgl. S. 3, Anm. 1.* — [2]) *Binzen, Bezirksamt Lörrach, im Grossherzogthum Baden.* — [3]) *der erste März fiel nur 856 und 862 auf einen Sonntag. es ist daher wol anzunehmen, dass der Schreiber Theothart, dem auch in andern Urkunden irrtümliche Datirungen begegnet sind, das 22. Regierungsjahr Ludwigs (seit 20. Juni 840) gemeint und nur aus Versehen das 25. genannt hat.* — [4]) *fehlt in der Vorlage.* — [5]) *es folgen 8 Namen.* — [6]) *es folgen 13 Namen.*

iusta fluvium Duramno, dicens: 'Facite mihi iustitia de isto Savigildo de .... snos[1]) cubertos petrineos cum curte, cum exia et regrecia[2]) earum, sive et terra sive et vinea, qui est in territorio Narbonense, in villa Staciano vel infra eius terminos, quod devet esse de gamdicto monesterio vel de Richimiro abate et de eius concrecatione, cui ego mandatarius sum, quod Petrus et uxor sua tradiderunt, nomine Vuarnetrudes, per ipsam scripturam qui in isto iudicium condicionis est inserta, et abuit ipsa casa Dei et eius concrecatio inter Vuilafredo et isto Richimiro abatibus legitimam vestituram seu et amplius. Iste Savigildus hoc invasit de illorum potestate malum ordine, iniuste infra istos duos annos et exblatavit[3]) hoc iniuste'. Nos missus et iudices interrocavimus Savigildo: 'Qui respondis ad hec de hac causa?' Savigildus in suo responso dicxit: 'Ipsas casas petrineas cum curte, exia et recrecia earum, sive et terra sive et vinea, ego hoc retineo, set non malum ordine nec iniuste, quia ego exinde scripturam emcionis abeo et autorem nomine Petrone, qui ipsas res mihi in legibus autoricare debet.' Tunc nos missi et iudices ordinavimus Hictore, misso nostro, quod ad Savigildo fidiuxorem tollere faciat, ut se presentare faciat una cum sua scriptura et suos autores, nomine Petrone et uxori sue, in villa Pegano que vocant Caput-stanio, in placito ante iudices in dies 15, et ad Rihimiro mandatario similiter de sua presentia; et si minime fecerint, unusquisque conponat solidos 10, et quidquid ibidem ad iudices legibus finitum fuerit, de hac causa sic consistat. Suber vero venientes ad placitum constitutum in dies 15 in villa Pegano que vocant Caput-stanio Savigildus cum sua scriptura et suum autore, nomine Petrone, et Richimirus mandatarius de sua presentia una cum sua scriptura ante Randrico, misso Isimberto qui est missus Unafredo comite seu et Adaulfo, et iudices, id est Ermenfredus, Teuriscus, Adalbertus, Vuilimundo, et aliis plures bonis ominibus qui cum ipsis in ipso iudicio residebant; ibique in supradictorum iudicio presentavit Savigildus suam scripturam et suum autorem, nomine Petrone, qui ipsas res ei legibus autoricare debeat, sicut ille ei fidiuxorem datum abebat. Et cum nos iudices ipsam scripturam de Savigildo ante nos relegere ordinaremus, sic in eam insertum invenimus, quomodo Peter eam fecit et uxor sua Aldana de supradictas res et firmaverunt et testes firmare rogaverunt[4]). Post hec interrogavimus Petrone, si vellis autoricare ipsas red ad iamdicto Savigildo? Peter dicxit: 'Ipsam scripturam ego eam feci ad iamdicto Savigildo et firmavi et testes firmare rogavi, set ego eam legibus autoricare non possum, nec odie nec nulloque tempore, quia ego et uxor mea Vuarnetrudes antea tradidimus ipsas res per scripturam donacionis ad iamdictum domum Dei, unde iste Rihimirus mandatarius, quam ad isto Savigildo.' Richimirus presens stetit, qui dicxit: 'Hecce iudicium vel relatum,

---

[1]) *vielleicht ist* masnos (*Variante für* mansos) *zu lesen; vgl.* *Diez unter* magione. *Weiterhin spricht die Urkunde immer von* casae petrineae. — [2]) exitus, regressus. — [3]) *wol von* explacitare; *vgl.* *Diez unter* piato. — [4]) *vgl. S. 26, Anm. 2.*

ubi ipsa scriptura est inserta, quomodo iste Peter et uxor sua Vuarnetrudes tradiderunt ad iamdictum monasterium in honore sancti Johannis vel eius concrecatione, cui mandatarius ego, ipsas res superius scriptas, et abuerunt hoc per os 30 annos seu et amplius per legitimam vestituram, usqueco iste Savigildus eas prendidit de illorum potesstatem'. Et cum nos iudices ordinaremus ipsum iudicium relatum ante nos relegere, sic invenimus eum verum et legibus factum, et ipsa scriptura qui ibidem est inserta de supradictas res terminum legis inclusum abebat, et vidimus eum de testes iuratum et firmatum et de iudices legibus roboratum. Post hec interrocavimus Petrone: 'Qui vellis dicere contra istum iudicium, ubi ipsa scriptura est inserta, si est verus aut legibus factus, aut non?' Peter dicxit: 'In omnibus verus est et legibus factus, sicut ibidem insertum abet, et nullam infamiam contra eum dicere non possum, nullo quod tempore'. A tunc nos iudices, cum vidissemus quod Peter sic professus fuit ante nos et sic ipsam scripturam conlaudavit, sic ordinavimus eum, ut suam recognitionem exinde scriptisque fecisset, sicut et fecit, ubi dici: 'Recognosco me ego omo, nomine Peter, in vestrorum iudicio ad petitione de isto omine, nomine Richimiro, qui est mandatarius Richimiro abate et de concrecatione sancti Johannis monesterii, qui situs est in territorio Carcasense iusta fluvium Duramno, de id unde vos iudices me interrogastis, iste relatus quod iste Richimirus mandatarius ostendit ante vos ad relegendum, ubi ipsa scriptura est inserta de casas, curtes, terra et vinea, qui sunt infra terminos de villa Staciano, territorio Narbonense, quod ego tradidi cum uxori mea nomine Vuarnetrude ac iamdicto monesterio, si est verus aut legibus factus, aut non? Taliter vero me recognosco ego, iamdictus Peter, quia ipsa scriptura qui in ipsum relatum est inserta, ego eam feci autoricare mea iamdicta de supradictas res, et firmavimus et testes firmare rogavimus, et tradidi ego ipsas res per ipsam scripturam ad ipsam domum Dei, sicut in ipsum relatum insertum est; et iste relatus vel iudicius vel qui in eum ibidem insertum abet in omnibus verus est et legibus factus, et nullam infamiam contra eum dicere non possum, nec odie nec nulloque tempore, et vera est mea recognitio'. Cum nos iudices vidissemus, quod Peter sic conlaudavit ipsam scripturam quod fecit et tradidit ad ipsam domum Dei, sic interrocavimus Savigildo, si potebat abere ullam scripturam aut alia re, unde ipsas res partibus suis vindicare debeat? Savigildus dicxit: 'Non possum, nec odie nec nulloque tempore nisi ista scriptura, quia[1]) non est legibus facta'. At tunc nos iudices ordinavimus Savigildo, ut eum excidere fecisset, sicut et fecit, et suam recognitionem exinde scriptis fecisset, sicut et fecit, ubi dici: 'Recognosco me ego omo, nomine Savigildus, in vestrorum iudicio a peticione de isto Richimiro, qui est mandatarius Richimiro abate et de concrecacionem sancti Johanis monesterii, qui situs est in territorio Carcasense super fluvium Duramno, de id unde ille me repetit per casas, curtes, terra et vinea, qui est in villa Staciano, territorio Narbonense, unde ego autorem debui dare

[1]) *so die Vorlage, für* qui *statt* quae? — *vgl. auch S. 47, Z. 9.*

in vestrorum iudicio, set minime hoc feci, qui mihi hoc legibus autoricasset; unde vos, iudices, me interrocastis, si abeo exinde autores vel ullam aliam scripturam, unde ipsas res superius scriptas partibus meis vindicare deveam? Taliter vero me recognosco ego, iamdictus Savegildus, quia de ipsas res superius scriptas non abeo nec abere possum nec scripturam nec autores nec nullum indicium veritatis, pro quibus ipsas res superius scriptas partibus meis legibus vindicare debeam nec odie nec nulloque tempore, nisi ista scriptura quod ego in vestrorum iudicio absisi, quia non est legibus facta, quia antea fecit ipsa scripturas et tradidit ad ipsam domum Dei quam ad me'. At tunc nos iudices, cum vidissemus tales recognitiones de Petrone et de Savilido[1]) factas et firmatas et de iudices legibus roboratas, sic perquisivimus in lege Cotorum, in libro 5., titulo 4., era 8., ubi dicit: 'De is qui aliena vendere vel donare presumserint. Quotiens de vendita vel donata re contentio comobetur, id est si aliena fortasse vendere vel donare quemcumque constiterit, nullum emtori preiudicio fieri poterat, set ille qui alienam fortasse rem vendere vel donare presumsit, duplam se domino cogatur exolvere, emtori tamen quod accepit pretium retiturus[2]), et penam quam scriptura continet inpleturus, et quicquid in profectu conparate rei emtor, vel quod[3]) donatum accepit, studio sue utilitatis agecerat[4]), a locorum iudicibus extimetur adque ei, qui laborare cognoscitur, a venditore vel a donatore iuris alieni sactisfactio iure retatur'. Tunc nos missus et iudices, cum vidissemus tales recognitiones factas et firmatas de supradictos omines et de iudices legibus roboratas, et talem rei veritate de Richimiro, mandatario Richimiro abate, et talem lecum obtoritatis, tunc decrevimus iudicium per legem Cotorum et ordinavimus Randrico, misso nostro, ut super ipsas res venire faciat et de furtibus Petrone eficat, et partibus Richimiro, mandatario Richimiro abate, dare et revestire facit, sicut lex Cotorum continet et in unc iudicium insertum abet. Dato et confirmato iudicio 14. kalendas Decembris, anno 23. regnante Karolo rege. S. Adefonsus. S. Ermenfredus. S. Teudefredus. Teudemirus, qui hunc iudicium scripsi, una cum litteras superpositas super verro 7[5]), et subscripsi sub die et anno quod supra.

65. (52.) *Veräusserung von Grundbesitz gegen Leibrente in Naturalien.* 865, März 10.

Wartmann, Urkundenbuch der Abtei Sanct Gallen 2, 120, No. 506. Vgl. daselbst 2, 377, No. 777 und die Formel bei de Rozière, Recueil 1, 443, No. 356.

Grimaldus, gratia Dei monasterii sancti Galli abba. Scire cupimus omnes tam praesentes quam futuros, quod quaedam femina nomine Adalpirin omnem suam proprietatem, quam habuit in Ekkomarca, ad ius nostri coenobii contradidit atque transfundavit: sub

---

[1]) *für* Savigildo. — [2]) *so die Vorlage für* redditurus *wie unten Z. 23* retatur *statt* reddatur. — [3]) *statt* qui. — [4]) *statt* acceperat; *vgl. überhaupt* *Walter, Corpus iuris Germanici 1,519.* — [5]) verro *ist offenbar entstellt oder verlesen.*

ea ratione, ut nos easdem res statim a nostram potestatem recipiamus, teneamus atque possideamus sub iure proprietatis, absque ullius contradictione, et ei econtra per singulos annos demus usque ad obitum eius quatuor carradas de grano, duas de spelta, alias duas de avena et unum friskingum solido valentem, quando pastura porcorum proveniet, quando autem non, 8 denarios valentem, et uno anno tonica unum solidum valentem, altero vero anno lineam, qui dicitur *smoccho,* duas tremissas valentem. Actum in Altorf publice, praesentibus multis. Signum Grimaldi abbatis et advocati sui Ruadperti, qui hoc precarium fieri voluerunt. Signum Hartmoti decani, † Ruadhoi praepositi, † Uualtharii sacratarii, † Erlebaldi portarii, † Cotaberti cellararii. Signa aliorum testium qui praesentes fuerunt, † Uuolfhart, † Uuolfheri, † Amalrih, † Uozo, † Ruadpret, † Erchanpret, † Uualtheri, † Pernhart, † Uuerimpret, † Kerpret. Ego itaque Albrih indignus diaconus rogatus scripsi et subscripsi. Notavi diem sabbati, 6. idus Martii, anno 25. Hludouuici regis, sub Keroldo comite.

66.* *Angelsächsisches Familienfideicommis.* 869.

Kemble, Codex diplomaticus aevi Saxonici 2, 94, No. 299. Vgl. Brunner, Zur Geschichte der römischen und germanischen Urkunde 1, 190 ff.

In nomine sancte et individuae Trinitatis, Dei scilicet, atque Domini nostri Ihesu Christi faventeque ridenteque gratia Mercis in regem dicatus ego Burgred nec non et ego Aeþelsuiþ pari coronata stemma regali Anglorum regina, cum consensu licentiaque nostrorum omnium magnatorum eclesiastico sub grado sineque manentium, condonavimus Wulflafe aliquam telluris partem, id est 5 manentium ubi appellatur on Upþrope pro eius placabili pecunio, 50 mancusis[1]) in auro, in ius possessionemque sempiternam sibimet ad habendam quamdiu vivat, suoque relinquendam fratre germano, diutius superstes si fuerit, ab omnibus liberam servitiis aligenigenarum exterarumque. Et sic semper illa in sanguinitate paterne generationis sexuque virili perpetualiter consistat adscripta Christusque, Dei filius, testis fautorque sit huius precepti aliter non esse motandum, cuius in nomine omnibus saeculi potestatibus precipimus, audaciam non habere hoc Christi decretum seniorumque irritare destruereque quia ipse per quendam dixit sapientem: ‛qui resistit potestati, Dei ordinationi resistit cum gentibus'. Haec a Deo; pax frangentibus vero vae, sintque maranatha in die magno adventus Domini. Perscripta est autem haec cartula anno dominicae incarnationis 869, indictione vero 2., Burgredi autem regis regno 17., hiis testibus consentientibus, quorum nomina postponuntur. † Burgred rex consensi. † Aeþelsuiþ regina consensi. † Eadberht episcopus consensi[2]). Est autem terruncula prememorata his falerata agellulis constipataque: on sceomman hrycge willering wic et on midhelte cynemunding wic et on sigeres felda

[1]) *ursprünglich ein wahrscheinlich byzantinischer Goldsolidus, in England* $^1/_4$ *Mark; vgl.* R. Schmid, *Die Gesetze der Angelsachsen (2. Auflage), 593;* Soetbeer *in Forschungen zur Deutschen Geschichte 2, 359—367.* — [2]) *es folgen noch neun Namen.*

udingwic aegðer ge etelond ge eyrðlond ge eac wudoland all hit is gemaene þara fif et tuentig hida et aet peadan beorge seondan sex aeceras innlondes aegðer ge maedlondes ge eyrðlondes.

67.* *Notitia iudicati über einen Eigentumsstreit um Grundstücke und Notitia über die durch reale Investitur vollzogene Revestierung des Klägers.* 871, August.

Devic u. Vaissete, Histoire générale de Languedoc (Paris, 1730) 1, preuves, 122, No. 95, (2. Ausgabe, 1875), 2, preuves, 362, No. 178. Vgl. Brunner, Zur Rechtsgeschichte der römischen und germanischen Urkunde, 1, 241 ff.

Noticia cum iudicio ante bonos viros quam plurimos vel ante eos qui hanc notitiam subterfirmaverunt, qualiter veniens Garulfus, abbas ex monasterio Belliloci, cum advocato suo, nomine Aichardo, in villa quae vocatur Senmurum, die lunae, ante virum illustrem Bernardum comitem interpellavit aliquem hominem Adenum, dicens quod ecclesiam sancti Christophori, quae est in pago Limovicino in valle Cosatico, quem Rodulfus archiepiscopus sancto Petro eiusdem monasterii sua cessione firmavit, malo ordine tulisset. Tunc interrogatus est ipsi Adeno, si hoc legaliter defendere posset? quod ipse omnino negavit, et sic fideiussores dedit Oddonem et Umbertum, ut die constituto, quod est 5. idus Augusti, super ipsas res veniret et manibus suis, sicut spoliaverat, ipsum abbatem Gairulfum legaliter revestiret. Nam et ad ipsum placitum utrique venerunt, et sicut [1]) fuit iudicatum, per signum de ipsa ecclesia revestivit. Ideo necesse fuit ipsi abbati, ut exinde notitiam ipsius rei per cartulae testamentum notificare deberet, quod ita et fecit. His praesentibus actum fuit . . . [2]). Facta ista notitia in mense Augusto, anno 4. Ludovici regis, filio Karoli regis.

68.* *Kaufvertrag über Grundbesitz. Symbolische Investitur. Auflassung. Gewährschaft. Zahlung des Kaufpreises. Levare cartam. Uebergabe der Urkunde. Rogatio notarii et testium. Fränkisches Recht in Italien* [3]). 872, November 22.

Mabillon, De re diplomatica (3. Ausgabe, Neapel, 1789), 562, (2. Ausgabe, Paris, 1709), 542, No. 102. Vgl Sohm, Zur Geschichte der Auflassung (vgl. Citat zu No. 15) 95; Brunner, Zur Rechtsgeschichte der römischen und germanischen Urkunde, 1, 39, 104 ff., 230, 260 ff., 271, 273 ff., 288 ff., 302 ff., 308.

In nomine domini Dei et salvatoris nostri Iesu Christi. Hludovvicus, divina ordinante providentia imperator augustus, Deo propitio anno imperii eius 22., mense Novembri, indictione 5. Vobis, domino meo Ludovico, glorioso imperatori, ego Sisenandus ex genere Francorum, filius quondam Anastasii et missus Supponis comitis. Manifesta causa est accepisse, sicuti et in praesentia testium accepi a vobis per missum vestrum Adoaldum, argentum libras decem, finitum pretium, pro casis et omnibus rebus illius iuris mei, quae habere

[1]) *die Vorlage hat* sic. — [2]) *es folgen acht Namen.* — [3]) *die geographischen Angaben der Urkunde beziehen sich auf den Gau von Penne und den Fluss Pescara, Abruzzo ulteriore (Marchia Firmana).*

visus sum in loco qui dicitur Casaurus, pago Pinnensi, omnia insimul se tenente, quae sunt super totum in terram arabilem et vineam, seu modiorum duodecim, ubi cohaerent ab uno latere et uno capite via publica, de alio latere terram Adelongi et de germanis suis et alio capite tenente in fluvio Piscar, ut dictum est, tam casis, curtis, ortis, areis, vineis, silvis, terris, pascuis et stalariis, rivis, rupinis ac paludibus, coltis et incoltis, divisis et indivisis, cum finibus, terminis, accessionibus et usibus aquarum aquarumque decursibus, et cum molendinis, cum omnibus et in omnibus inibi meo iuri pertinentibus, cum superioribus et inferioribus suis, in integrum habendum vobis domino meo Ludovico, glorioso imperatori, pro vestro argento vendo, trado et mancipo, liberis quoque ab omni nexu publico privatove, nulli alii venditis, donatis, alienatis, obnoxiatis vel traditis, nisi vobis. Et iuxta legem meam per cultellum et festucam notatum seu guasonem terrae vobis exinde ad vestram partem corporalem facio vestituram, ad vestram proprietatem habendum, et me exinde foris expuli et absasito[1]) feci, faciendum exin a praesenti die tam vos quamque haeredes vestri aut cui vos dederitis vel habere statueritis proprietario nomine quaecumque volueritis, sine omni mea et heredum ac proheredum meorum contraditione vel repetitione, et nihil mihi infra ipsa cohaerentia aliquid reservasse professus sum, sed dico me meosque omnes exin a praesenti quod foris essisemus. Si quis vero, quod futurum esse non credo, si ego ipse Sisenandus, quod absit, aut ullus de heredibus ac proheredibus meis seu qualibet opposita persona contra hanc cartulam venditionis meae ire aut eam infringere conaverimus, inferamus vobis poenam, quae est multa auri optimi libra una, et quod repetierimus vindicare non valeamus, sed praesens cartula vinditionis diuturnis temporibus maneat inconvulsa cum stipulatione subnixa[2]). Insuper et a me qui supra Sisenando vel heredibus ac proheredibus meis vobis domino Ludovico imperatori glorioso vestrisque heredibus, aut cui vos dederitis vel habere statueritis, praedictis casis et omnibus rebus, sicut superius sunt comprehensis, in integrum ab omni homine sint defensatis. Quod si defendere non potuerimus, aut si vobis exinde aliquis pro quovis ingenium subtrahere quaesierimus, in duplex vobis aut cui vos dederitis vel habere statueritis restituamus, sicut pro tempore fuerint melioratis aut valerint sub aestimatione in eodem loco, et nihil mihi ex pretio aliquid reddideris. Dixi et pergamena cum atramentario de terra elevans Ariperto, notario domini imperatoris, tradidi et scribere rogavi, in qua subter confirmans testibusque obtuli roborandum. Actum in villa quae dicitur Vico, ubi ipse augustus praeerat feliciter.

Ego Sisenandus in hac cartula venditionis a me facta superius hoc suprascriptum argentum accepi. Signum † manus Dagiberti ex genere Francorum, vasallo Aderaldi, testis. S. † manus Ischerio ex genere Francorum, vassallo Wichodi episcopi, testis. S. † manus Gunerardi ex genere Francorum, vassallo ipsius domini imperatoris,

---

1) *vgl. S. 33, Anm. 3.* — 2) *vgl. S. 3, Anm. 1.*

testis. S. † manus Lampaldi ex genere Francorum, vassallo Wichodi episcopi, testis. S. † manus Wilari, vassallo Andraei episcopi, testis. S. † manus Richardi ex genere Francorum, vassallo Andraei vocati episcopi, testis. Ego Agelmundus, iudex domini imperatoris, in hac cartula venditionis rogatus a Sisenando supradicto et supradictum argentum accipere vidi. Ego Albertus, notarius domini imperatoris, in hac cartula venditionis rogatus a Sisenando suprascripto et suprascriptum argentum accipere vidi. Petrus, notarius domini imperatoris, in hac cartula venditionis rogatus a Sisenando testis suprascriptum argentum accipere vidi. Ego Aripertus, notarius domini imperatoris, scriptor huius cartulae venditionis.

69.* *Gerichtlicher Erbteilungsvergleich. Fides facta. Carta und festuca. Bürgen für die Unterschrift der notitia.* 878, August.

Devic und Vaissete, Histoire générale de Languedoc (Paris, 1730), 1, preuves, 135, No. 109, (2. Ausgabe, 1875), 2, preuves, 400, No. 201. Vgl. Sohm, Der Process der Lex Salica, 225 ff.; R. Löning, Der Vertragsbruch im deutschen Recht, 8, 11 ff., 80 Anm. 4, 85 f.; Brunner, Zur Rechtsgeschichte der römischen und germanischen Urkunde 1, 239 ff.

Notitia quorum roborationis vel signacula eorum, qui subtus tenentur inserti, qualiter venerunt aliqui homines his nominibus, Segarius et Alidulfus necnon et Hictarius seu et Ingilbaldus, videlicet ex alia parte Karissima, abbatissa ex regula sancti Saturnini monasterii, Ruthenensis civitate[1]) degenti, nam et Fulcrada, Deo devota, et ab utraque parte venerunt die Iovis foras Albia civitate[2]) in ecclesia sancti Affricani, in mallo publico, in praesentia Reymundo comite et civiles iudices qui ibidem aderant, quorum nomina qui subtus firmaverunt. In eorum praesentia ab utraque parte inter se contentiones habebant pro Rodunda-Vabro, mansis, terris, vineis, cum ecclesiis quae ibidem sunt fundatae, quidquid ad ipsam curtem aspicere dinoscitur, de quantumcumque Vualdo[3]) et uxore sua Ingelbergane, qui quondam fuerunt, debita fuit possessio. Dicebat Segarius et Hictarius nam et Ingilbaldus, quod scriptos conligatos super Fulcradane Deo devota et super Karissima . . . .[4]) abbatissa scriptos iudicios, notitias et iectivas[5]) perhennis temporibus confirmatas haberent, pro quas volebant ipsos alodes, mansos, terras vel vineas legibus adquirere. Dum eos intendentes et inter se altercantes, guirpivit supranominata Karissima suam qui dicebat ad[6]) monacham Fulcradam nomine, et cartulam, quam pro ipsam curtem manu tenebat, Fulcradane manibus reddidit et per omnia dixit, quod ipsas res nolebat tenere neque contentionem pro hoc ipsut habere[7]). Fulcrada

[1]) *Rodez in Guyenne, Dep. Aveyron.* — [2]) *Alby, n.-ö. von Toulouse, Dep. Tarn.* — [3]) *so ist statt des* Vudaldo *der Vorlage zu lesen.* — [4]) *Lücke in der Vorlage, wol* s. Saturnini monasterii *zu ergänzen.* — [5]) *scheint mit dem Werfen* (werpire) *der carta zusammenzuhängen.* — [6]) *die Vorlage hat* et. — [7]) *die Äbtissin war bei dem Streite wol nur dadurch interessiert, dass die Fulcrada ihre Rechte auf das Kloster übertragen hatte. Durch Rückgabe der carta an Fulcrada schied das Kloster völlig aus.*

namque, suam cartam videntibus cunctis recipiens, cum suis contracausariis in rationem intravit et inter se contendentes consenserunt ipsi iudices una per voluntatem ipsius comitis et arbitrium iudicum, ut inter se pagum[1]) fecissent, quod ita et fecerunt: ita ut obtineat Fulcrada de Rodunda-Vaber priorem illam haereditatem in capite, quam Gilbulgis cum Vualdo iugale suo adquisierat, illam medietatem et reliqua; cetera vero omnem illam medietatem, de quantumcumque in Rodunda-Vabro vel omnibus ibi pertinentibus, que Vualdus et uxor sua Ingilberga, qui ante fuit, illam aliam medietatem similiter Fulcrada obtineat, et illas duas ecclesias dominicarias cum pratis et vineis quae inter eos complacuit, cum illorum adiacentiis, ut donet Fulcrada contraria pro ipsas res in ipsa haereditatem et in ipso aice[2]) tantum de alia terra, quantum et haereditate illa ibi illi advenit, pro ipsas res iamdictas. Quod ita per omnia adimplevit. De illas vero vineas et maliolos[3]), quos iamdictos Fulcrada hedificavit super ipsum territorium, a suis partibus in integrum obtineat, et donet ad iamdictos haeredes alium tantum terra in contra, quantum eo die et ipsis vineis et malliolis ipsis advenire debuisset. Illud autem quod superfluum est, mansos et omnia quae superius sonat inter se dividant[4]), sicut superius iamdictum est, quod ita et fecit. Deinde Segarius et Hictarius seu et Ingilbaldus unanimiter guirpierunt, Segarius de hoc quod per haereditatem Godilane uxori suae interpellaverat, et Hictarius et Ingilbaldus de illorum partibus in contra Fulcradane omnes plantos[5]) quos inter eos de Rodunda-Vabro causa orta fuerat. Segarius vero talem fecit fidem de partem uxori suae et sua vel de parte Petroni, suum haeredem, ut, si post hunc diem exinde contra Fulcradane aut suis successoribus pro ipsas res ulla repetitione removebat, Segarius suam legem componat et in antea ipse et uxor sua seu et Petrus idem simul se taceant. Hictarius similiter fidem fecit vinculo legis suae, et Ingilbaldus secundum legem suam fidem fecit, quod in contra Fulcradane aut suis successoribus de ipsa causa reparare non se praesumant. Unde Segarius in contra Fulcradane fideiussorem talem dedit de parte Godilane, uxore sua, Leoni nomine, ut, si Fulcrada notitiam inde ostendebat et eam Segarius pro parte suae uxori firmare nolebat, Leo suam legem componeret et Segario ad hoc permittat, ut ipsam notitiam ei firmare faciat. Simili modo Hictarius pro ipsam notitiam fideiussorem alium opposuit, Deotimio nomine, ut eam Hictarius firmare non renuat; et si hoc facere noluerit, Deotimius suam legem componat et in antea ipsam notitiam Hictario firmare faciat. Iterum vero Ingilbaldus alium fideiussorem de sua parte dedit, Rostagno nomine, ut, si Ingilbaldus ipsam notitiam non firmabat, Rostagnus suam legem componat et ipsam notitiam Ingilbaldo firmare faciat. Ita vero de hac praedicta causa aliquis homo Alidulfus nomine illorum . . . .[6]) fidem talem

---

[1]) *dem Sinne nach so viel wie* pactum; *vgl.* *Du Cange.* — [2]) *Hundertschaft; vgl. Sohm, Fränkische Reichs- und Gerichtsverfassung, 211.* — [3]) *Rebfächser, dann auch junger Weinberg.* — [4]) *die Vorlage hat* dividat. — [5]) *lat.* planctus, *frz.* plainte, *Klage.* — [6]) *Lücke.*

fecit, sua fistuca iactante in contra Fulcradane, ut ipsam notitiam suam manibus firmare fratri suo Vualdo faciat, et ut ipse Alidulfus eam manibus firmet, et si hoc facere contempnunt, suam Alidulfus legem componat et fratri suo Vualdo eam firmare faciat, et ipse Alidulfus manibus eam firmet et hanc convenientiam stare et adimplere faciat. Unde iamdictus Alidulfus duos fideiussores ipsius Fulcradane dedit, Segario et Hicterio, ut post hunc diem neque Alidulfus neque frater suus Vualdus de quantumcumque de Rodunda-Vabro Fulcrada a sua parte recepit, ut nulla inquietudine removere non praesumat; et si quis ullus ex ipsis hoc fecerit, Segarius et Hictarius unusquisque legem suam componat et postea in antea ipsas fides factas adimplere faciant. Et illut illis inserere placuit, qui si fuerit, ipsi aut ullus haeredum ac prohaeredum vel illorum successoribus de hac causa ulloque tempore causa calumpniae removebat, auri libram componat et quod repetit vindicare non valeat, sed haec notitia stabilis et firma permaneat cum omni firmitate adnixa. Unde pro hac causa necesse fuit Fulcradane, ut inde notitiam bonorum hominum in testimonium colligeret, quorum praesentibus actum fuit, sub die Iovis, in mense Augusto, Albiae civitate, mallo publico, in praesentia Raymundo comite, anno 1. regnante Ludovico rege post obitum Karoli imperatoris. S. Segarius. S. Alidulfus. S. Vualdo. S. Hictario. S. Ingilbaldo. S. Teuberto. S. Garrigus. S. Radulfo. S. Rodaldo. S. Guilabert, auditor. S. Didimo. S. Teudomo. S. Adalberto. S. Garifredus. S. Bernardo. S. Benamen. S. Alibranno. S. Ebroinus rogatus scripsit, dictante Teudino cancellario[1]).

70.* *Notitia über eine reale Investitur, von Seiten des Veräusserers und des Erwerbers durch Stellvertreter vollzogen.* 881, Nov.

Deloche, Cartulaire de l'abbaye de Beaulieu, (Collection de documents inédits sur l'histoire de France, 1. série, histoire politique), 241, No. 173. Vgl. No. 14, 15, 67.

Ante eos qui hanc notitiam subterfirmaverunt, quorum nomina subter tenentur inserta, qualiter veniens Ebrardus, filius quondam Guigoni et Avanae, in pago Arvernico, in vicaria[2]) Salense, ad ecclesiam quae est in honore sancti Boniti, seu ad villam quae vocatur Lacus, quas ipse Guigo et ipsa Ava pro remedio animarum suarum et parentum suorum et pro remedio filii sui, ipsius Ebrardi, per cartam cessionis sancto Petro Belliloci monasterii[3]) in stipendiis et usibus monachorum in venturis generationibus, ubi vir venerabilis Gairulfus abbas praeesse videtur, condonaverunt, sicut in ipsa carta loquitur. Tunc veniens ipse Ebrardus introivit in ipsam ecclesiam, et veniens ad ipsam villam per cordam de signo et hostium de domo et cespitem de terra sive ramum de arboribus missis sancti Petri et ipsius Gairulfi abbatis, Loboleno et Ebrardo monachis, manibus tradidit in vicem patris et matris suae, ut faciant tam ipsi quam

---

[1]) *vgl.* **Brunner**, *Zur Rechtsgeschichte der römischen und germanischen Urkunde 1, 235.* — [2]) *vgl. S. 68, Anm. 1.* — [3]) *Beaulieu in Limousin.*

successores eorum iure ecclesiastico quicquid elegerint. Quapropter necesse fuit, ut ipsi monachi Lobolenus et Ebrardus notitiam exinde colligerent et colligere deberent, quod ita et fecerunt. His praesentibus hoc actum fuit . . .[1]) Factam notitiam hanc in mense Novembrio anno 2. Karllamandi regis. S. ipsius Ebrardi traditoris.

71. (53.) *Freilassung einer Familie 'per cartam'. Ueberweisung als Wachszinsige in den Schutz einer Kirche. Feststellung der Abgaben an diese.* 882, August 13.

Lacomblet, Urkundenbuch für die Geschichte des Niederrheins 1, 38, No. 73. Vgl. No. 40.

C. Qui debitum sibi nexum relaxat servicium, mercedem sibi esse apud Deum in futuro confidat. Ideoque nos, in Dei nomine, Evuruuinus et soror mea Lantsuint quendam ex nostris prospicientes devotum ac fidelem nobis fideliter servientem vernaculum, nomine scilicet Salafridum, et coniugem eius, nomine Liebuvi, pro remedio animae nostrę vel propinquorum nostrorum seu pro aeterna retributione a iugo servitutis de servitio publico ingenue relaxamus cum filiis et filiabus, sicuti per hanc absolutionis cartam a die presente visi sumus fecisse. Ea utique ratione, ut ab hac die nulli quicquam debeant servitutis preter tantum[2]), eant, pergant, per portas intrent et exeant apertas, nullo obstaculo resistente; mundaburdem vero aut patrocinium eligant sub ecclesia Dei et sancti Ypoliti, martyris Christi, vel sub ala ipsius domini vel dominę: ea rationis causa, ut singulis annis ad supradictam ecclesiam sancti Ypoliti unusquisque eorum in festivitate eiusdem martyris duas deneratas[3]) cerę persolvere satagerit, nihil magis de propria facultatula dantes post obitum uniuscuiusque eorum, preter tantum, quod obtimum habeant aut in equis sive in bubus seu in porcis aut in ceteris rebus, dare festinent, cetera vero dare, vendere, commutare vel ad bonum vel ad malum licentiam teneant. Si quis vero, quod futurum esse non credimus, si nos ipsi, quod absit, aut ullus de heredibus vel proheredibus nostris aut ulla opposita vel extranea persona, quę contra hanc ingenuitatis cartam venire aut eam infringere vel emutare voluerit, primo iram Dei omnipotentis incurrat et sancti Ypoliti martyris, preterquam hęc una cum distringente socio fisco auri libras 3, argenti pondera 4 coactus exolvat, et quod repetit evindicare non valeat, sed presens ingenuitatis carta ceraria firma stabilisque permaneat, stipulatione subnixa[4]). Actum publice in Gerricheshaim sub die iduum Augusti, anno 1. serenissimi regis Karoli. Signum Evuruuini et Lantsuindę

---

[1]) *es fehlt offenbar die Zeugenreihe.* — [2]) *die Worte* preter tantum, *wenn sie nicht aus dem folgenden irrtümlich herübergenommen und deshalb zu streichen sind, beziehen sich auf die weiter unten angegebenen Leistungen (Wachszins und Besthaupt).* — [3]) *eigentlich* denariatas, *so viel man für einen Denar kaufen kann; vgl.* Du Cange. — [4]) *vgl. S. 3, Anm. 1.*

in Dei nomine feliciter. S. Uuolfridi, S. Hathageri, S. Ruotberti, S. Reginbernni, S. Ruothardi, S. Heionis, S. Herimanni, S. Ruotuuigi, S. Uuanboldi, S. Sigiberti, S. Uuilhelmi, S. Immonis, S. Hildiboldi.

72.* *Verleihung von Königsgut und königliche Bestätigung des in einer Gemeindefeldmark widerrechtlich erworbenen Neubruchs. Tausch von Grundstücken im königlichen Hofgericht durch die Hand eines Stellvertreters des Königs. Symbolische Investitur mit darauf folgender körperlicher Besitzergreifung.* 889, Mai 20.

Dronke, Codex diplomaticus Fuldensis, 287, No. 631. Vgl. No. 23, 29, 39, 45, 50; Schröder, Die Franken und ihr Recht, (vgl. Citat zu No. 16), 62 f., 79 Anm. 6.

Noverit cunctorum sagacitas fidelium, quod quidam vir nomine Meginfrid proprietatem sibi traditam a Ludovico rege in loco qui dicitur Beinerestat et ab his locis legitimis captam capturam in Drossestat, quam etiam iniuste praepeditam sibi postea coram imperatore Carolo in suam requisivit potestatem, volens tradere ad sanctum Bonifatium Christi martyrem almificum, ut econtra aliquid suae proprietatis acciperet. Sed venerandus abbas Sigihartus sua fruens prudentia recusavit cum eo concambire, nisi in praesentia serenissimi regis Arnolfi contigerit. Interea regali iussu venerunt omnes principes regni eius ad palatium Francofurt ad regales tractandum causas, et iste iam dictus vir petens praesentiam regis postulavit, ut ipsi[1]) liceret suo iussu et consensu iam dictam proprietatem cum tota captura in ius tradere sancti Bonifatii. Iste autem rex suum proferens consilium iussit istum istam proprietatem tradere in sua praesentia Gebeharto comiti, ut ipsa concambitio, quam inire voluerit, firmior esset. Fecit ergo, ut iussus est, et Gebehartus comes regale adimplens consilium et consensum, imo iussum, tradidit statim ad sanctum Bonifatium quicquid Ludovicus rex proprietatis habuit et Meginfrido gessit in Beinrestetono marcu, in pago Grapfelde, in comitatu Adalbrahtes, iam dicto in loco Beinrestat et in captura Drossestat, totum et integrum, in areis et aedificiis, campis, silvis, pascuis, pratis, aquis aquarumque decursibus, viis et inviis, reditibus et exitibus, terminis et capturis, in ius et dominium transfudit praefati Christi martyris. Abbas vero contra dedit Meginfrido quicquid Christi martyr Bonifatius proprietatis habuit in Gunnissiu, in pago Lagenahe. Vestitura quoque totius concambii coram rege acta est. Anno dominicae incarnationis 889, indictione 7., mense Maio, die 20., coram istis testibus: Hattho episcopus, Adalbertus episcopus, Duato episcopus et ceteri, Uualah comes, Cuonrat comes, Liutfrid comes, Eberhard comes, Ruoccheri comes, Burchart comes, Erholf comes et ceteri, ...[2]). Zazo, qui hanc traditionem et vestituram cum abbate accepit et cum suo nuncio, Thangmaro monacho, in ius sancti Bonifatii consedendo quaesivit.

[1]) *die Vorlage hat:* ut cum ipsi. — [2]) *es folgen noch 39 Namen.*

73. (54.) *Schenkung von Wittumsgütern Seitens einer alamannischen Witwe und ihres Vormundes, mit Vorbehalt des Besitzes zu Zinsrecht und unter der Bedingung des Einlösungsrechtes für die Schenkgeberin und die Erben ihres Mannes zu dem gesetzlichen Wittumsbetrage von 40 Solidi.* 890.

Wartmann, Urkundenbuch der Abtei Sanct Gallen 2, 282, No. 681. Vgl. Schröder, Eheliches Güterrecht 1, 67 f. 149 ff.; Sohm in der Zeitschrift für Rechtsgeschichte 5, 423.

In Christi nomine. Ego Himilthrud, cogitans incertitudinem pręsentis vitę, cum manu advocati mei Heribaldi trado ad monasterium sancti Galli, cui nunc venerabilis abba Salomon pręesse dinoscitur, quicquid hodierna die visa sum habere in illis locis quae mihi vir meus Plasius in dotem dedit, hoc est in Sulles et in Calcaires, in ..anes et in Venusta valle, in viis et inviis, in arvis, silvis, alpis, aquis aquarumque decursibus, cultis et incultis, mobilibus et inmobilibus, vel quicquid dici aut nominari potest, omnia videlicet ex integro trado atque transfundo ad prędictum monasterium: ea videlicet racione, ut easdem res ad me recipiens censum unius denarii inde persolvam ad ecclesiam sancti Martini sitam in loco qui dicitur Rautines[1]). Et quandocumque redimere voluero, cum 40 solidis in argento sive in cavallis aut in armentis aut in pannis novis redimendi licentiam habeam ad prędictam ecclesiam. Quod si ego non redimero, tunc filius meus Richarius aut propinqui heredes Plasii viri mei easdem res cum supradicta peccunia, hoc est 40 solidis, redimendi licentiam habeant. Si autem illi non redimerint, tunc supradictę res ex integro redeant ad supradictum monasterium. Actum in loco qui dicitur Rautines, pręsentibus istis quorum hic signacula continentur. Signum Himilthrudę et advocati eius Heribaldi, qui hanc traditionem patraverunt. Signa et aliorum testium: S. Meroaldi, S. Uuanzonis, S. Pauli, S. Aldulfi, S. Lionciani, S. Cimonis, S Antegani, S. Johannis, S. Unnonis, S. Martini, S. Libucii, S. Frecco, S. Quintelni, S. Lucii, S. Liuperti, S. Johannis. Ego itaque Engilbertus indignus monachus et subdiaconus in vicem Uuiniberti prępositi scripsi et subscripsi. Notavi diem Mercurii, annum 3. Arnulfi regis, sub Ruadolfo duce Raetianorum.

74.* *Schenkung von Grundstücken an ein Kloster, gegen Empfang derselben und anderer Klostergüter als Beneficium auf Lebenszeit gegen Zins. Levare cartam.* 910.

Histoire générale de Metz par des religieux Bénédictins, 1769, 4, 1 (preuves), 52. Vgl. Brunner, Zur Rechtsgeschichte der römischen und germanischen Urkunde 1, 107 Anm. 3, 271, 303 f. Vgl. No. 77.

Ego in Dei nomine Richildis, quondam regina, cogitans pro divini respectus intuitu et animae meae salute, ut veniam in futuro

---

[1]) *Rötis in Vorarlberg.*

delictorum meorum adipisci merear et in die tremendi examinis ante tribunal Christi secura adsistens illam desideratissimam Domini vocem audire valeam: 'Venite, benedicti patris mei, percipite regnum'. Propterea dono quasdam res proprietatis meae ad partem sancti Petri seu sancti Gorgonii, Gorziensis monasterii, cui dominus Robertus, sanctae Metensis ecclesiae episcopus, preesse videtur, donatumque in perpetuum esse volo et promptissima voluntate per cartulam testamenti confirmo; hoc est in comitatu Virdunensi, in villa quae dicitur Manciola, mansum indominicatum cum edificiis desuper statutis et de terris arabilibus indominicatis ad seminandum inter utrasque sationes[1]) modios 400, prata quoque ad colligendum 22 karradas feni, de silva ad saginandum porcos 700, farinarios 2, alios quoque mansos et sortes[2]) 9 et mancipia 60, quorum haec sunt nomina . . . . . .; videlicet quicquid in ipsa villa vel ad ipsam aspiciens visa sum tenere vel habere, in mansis si quidem, edificiis, mancipiis utriusque sexus, campis, pratis, silvis, farinariis, aquis aquarumve decursibus, mobilibus et immobilibus, cultis et incultis, totum per omnia ad integrum partibus prefati monasterii sancti Petri seu sancti Gorgonii dono trado atque transfundo, in Dei nomine perpetualiter ad possidendum: ita tamen, ut in recompensatione earumdem rerum et aliarum, quae sunt in comitatu Gerbercinse in Langeivilla, quas simili modo per aliam cartam ad ipsum monasterium dedi, tam ipsas res quas ego dedi, quam et de ratione sancti Petri vel sancti Gorgonii monasterium in honore eiusdem sancti Gorgonii dicatum, in pago Calmontinse, in Vuarengisivilla situm, cum omnibus suis appendiciis, et ad ipsum monasterium aspicientes mansos et sortes 62, cum mancipiis ibidem commanentibus vel aspicientibus, et in alio loco in pago Scarponinse super fluvium Mosellam in Vuasatico vocata villa mansos et sortes 5, et quicquid ad eos aspicit, videlicet quicquid ad ipsos predictos mansos aspicere dinoscitur in mansis, ecclesiis aliisque edificiis, mancipiis utriusque sexus, vineis, campis, pratis, silvis, aquis aquarumve decursibus, totum per omnia et ad integrum, de parte predictae ecclesiae per beneficium memorati domni Roperti, presulis, seu successorum eius, quandiu vixero valeam habere et excolere iure precario quieto ordine iureque legitimo uti, et proinde annis singulis in festivitate sancti Gorgonii, quae est 5. idus Septembris, ad partem ipsius monasterii ad altare sancti Petri de argento solidos 6 persolvere debeam; post meum quoque discessum, quandoquidem Deus voluerit, ipsae res omnes ad partem ipsius ecclesiae absque ullius contradictione vel iudicis assignatione omnimodis revertantur, et sic deinceps pars ipsius ecclesiae illas habeat, teneat atque possideat, vel quicquid rectores ipsius sancti loci exinde facere decreverint in omnibus libero perfruantur arbitrio, stipulatione subnixa[3]). Actum in Boloncias vocata villa publice, anno ab incarnatione Domini 910., indictione 13., epacta 7., concurrente 7., anno 11. Lodovici regis. Signum domnae Richildis reginae, cuius rogatu haec carta facta est. Signum Alt-

---

[1]) *Sommer- und Wintersaat.* — [2]) *vgl. Forschungen zur deutschen Geschichte 19, 146, Anm. 1.* — [3]) *vgl. S. 3, Anm. 1.*

manni, advocati eius, qui hanc cartam a terra levavit et fieri ac firmari rogavit. Signum Teudonis comitis....[1]). Ego Quillardus presbiter atque cancellarius legi et relegi.

75. (55.) *Königliches Jagdregal. Begründung eines privaten Jagdrechtes durch praeceptum regis.* 944 (943), Nov. 26.

Stumpf, Reichskanzler 3 (Acta imperii adhuc inedita), 297, No. 208. Stumpf, Regesten No. 111 Vgl. Schröder, Die Franken und ihr Recht (vgl. Citat zu No. 16), 79 f.; Karl Roth, Geschichte des Forst- und Jagdwesens in Deutschland, §. 49—63.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Otto divina favente clementia rex. Noverit omnium fidelium nostrorum tam presentium quam futurorum industria, qualiter nos interventu dilecti fratris nostris Henrici, venerabilis etiam Baldrici sancte Traiectensis[2]) ecclesie presulis voluntati obtemperantes ex hoc in antea presenti regie auctoritatis precepto interdicimus, ut nullus comitum aliorumve hominum quorumcumque in pago Thriente vocato, quod est in comitatu Everhardi, cervos, ursos aut apros, bestias insuper quae *Elo* et *Scelo* teutonica appellantur lingua, venari absque prelibate pastoris ecclesie permissu presumat. Volumus quoque firmiterque regalis edicto munificentie precipientes iubemus, ut in eodem pago et universis finibus eius adusque adiacentes ceteras regiones prefate Traiectensis ecclesie ius servetur forestense, utpote nobis in nostris. Et ut traditionis nostre concessio firmiorem in Dei nomine optineat vigorem, veriusque per succedentium curricula temporum ab omnibus credatur inviolabiliterque servetur ac incorrupta iugiter perduret, manus nostre scripto illud firmavimus et annuli nostri inpressione iussimus corroborari. Signum domini Ottonis serenissimi regis. Brun cancellarius ad vicem Fritharici archicapellani recognovi. Datum 6. kalendas Decembris, anno 944. Actum palacio regis quod dicitur Walehusan, in Dei nomine.

76. (56.) *Verleihung von Fronländereien an eine Genossenschaft zu Erbzinsrecht unter der Verpflichtung, dieselben in Weinberge zu verwandeln.* 952, Februar 29.

Beyer, Urkundenbuch der mittelrheinischen Territorien 1, 254, No. 193.

In nomine sanctę et individuę Trinitatis et unicę Deitatis Rothbertus Trevericę sedis archiepiscopus. Si petitionibus fidelium nostrorum libenter assensum prebuerimus, id procul dubio ad statum et

---

[1]) *es folgen noch 12 Namen, darunter 4 als scabini, 1 als scabinus et centenarius bezeichnet.* — [2]) *Utrecht.*

continuam episcopii nostri soliditatem credimus profuturum. Omnium igitur sanctę Dei ecclesię nostrorumque fidelium, tam presentium quam et futurorum, comperiat notitia, quod Sigibodo, venerabilis eiusdem ecclesię signifer, una cum clero et populo nostram pontificalem deprecatus est benivolentiam, ut cuidam villico eiusdem ecclesię, vocabulo Uuydoni, cum suis paribus aliquid iuris nostri rerum in proprium largiremur. Cuius petitioni voluntarie faventes, dedimus prefato Uuydoni cum suis sodalibus in pago Mosolensi, in comitatu Bedensi[1]), in marca et villa, que vocatur Villere, situm super fluvium Lysure et in locis hiis nominibus nuncupatis: Campella, Lannoga, Ualleit, Juruolrin, legali traditione per manus advocati nostri Uodilberti de adiacentiis sedis nostrę Altreie terram indominicatam ad vineas plantandas. Postquam autem constructę erunt, antedictus Uuydo cum suis sodalibus nobis et successoribus nostris omni anno ad festivitatem sancti Martini[2]) ex eisdem vineis quatuor situlas vini persolvent: sub ea nimirum ratione, ut ab hac die ipsi et posteri suorum more hereditario habeant potestatem deinceps tenendi, donandi, commutandi, vendendi et quicquid voluerint faciendi. Si quis vero, quod minime credo, contra hanc traditionem venire conatus fuerit et eam infringere temptaverit, primitus iram Dei omnipotentis incurrat et quod repetit evendicare non valeat, sed presens donatio firma et stabilis absque ulla repetitione persistat cum stipulatione subnixa[3]). Signum domni Rothberti archiepiscopi qui hanc cartam facere iussit atque firmavit. Actum Treviris in Dei nomine publice in domo sancti Petri, 2. calendas Martii, anno incarnationis dominicę 952, anno vero gloriosi regis Ottonis 18. super regnum quondam Lotharii, indictione 10. Aderoldus cancellarius iussu domni Rothberti archiepiscopi scripsit et subscripsit.

77.* *Schenkung an ein Kloster unter Vorbehalt der Nutzniessung für die Ehefrau des Schenkgebers gegen Entrichtung eines Zinses; Entziehung bei Ausbleiben des Zinses. Salmannen. Levare cartam. Salisches Recht.* 957.

Histoire générale de Metz par des religieux Bénédictins, 1769, 4, 1 (preuves), 70. Vgl. No. 68, 74, 82, 90.

Quantum humanus intellectus valet mente sagaci excogitare, oportet ut unusquisque pro salute animae suae sollicite evigilet, quatinus districtus iudex neminem reperiat imparatum, dum venerit, et ne inveniat quod dampnet, sed potius quod coronet; hoc est ut unusquisque, dum in propriae libertatis subsistit iure, de caducis et transitoriis in aeterna tabernacula vitam sibi querat mercari perpetuam et retributionem sibi faciat apud[4]) Deum, ut inter iustorum consortium desiderabilem obtineat locum. Hoc etenim ego Raginbaldus, filius Ragimbaldi et Heriburgis, mente revolvens saepe, et quoniam,

---

[1]) *im Bietgau.* — [2]) *November 11.* — [3]) *vgl. S. 3, Anm. 1.* — [4]) *fehlt in der Vorlage.*

sicut scriptum est, res ecclesiae vota sunt fidelium, patrimonia pauperum et precia peccatorum, cogitavi ut aliquid de rebus a parentibus supradictis michi concessis ob remedium animarum suarum, et ut ipse veniam de peccatis meis adipisci queam, ac ut in die districti examinis securius adsistens illam desiderabilem Domini vocem audire valeam: 'Venite, benedicti patris mei, percipite regnum', ad partem sanctae Gorziensis congregationis darem, quod et feci. Tradidi namque per manus fidelium meorum lege Salica viventium, Vuinemanni videlicet et Vuachini atque Girivilfi, praedium meum in pago et comitatu Salnensi situm, Vitreneicurtim dictum, cum omnibus suis edificiis et appendiciis, tam in domibus quam in mansis, ecclesiis, campis, pratis, vineis, silvis, pomariis, villis, villulis, mancipiis utriusque generis, pascuis, piscatoriis, aquis aquarumve decursibus, pontibus, ingressibus et regressibus, mobilibus et immobilibus et in cunctis quae dici vel nominari possunt, ad ipsam curtim pertinentibus, tam de concessis a parentibus quam a me adquisitis, ut, quemadmodum ego illis dictum tradidi alodium, ita ipsi parti altaris sancti Petri, quod est in prefato Gorziensi monasterio, ubi etiam venerabile pignus, corpus scilicet sancti Gorgonii, habetur, unde quoque sanctitatis memoriae Agenoldus esse dinoscitur abbas, traderent et vestirent: ea scilicet ratione ut, quamdiu Fredelindis, coniunx mea, vixerit, usu possideat fructuario, nullum ex eis habens pontificium[1]) minuendi, quin potius augendi, emeliorandi, restituendi, ac proinde annis singulis in festivitate sancti Gorgonii, quae est 5. idus Septembris, pro vestitura argenti libram persolvat. Post eius quoque discessum, quandoquidem Deus voluerit, statim et absque alicuius contradictione hae res cum suis omnibus ad ius et ditionem abbatis dictae congregationis et ad prebendam monachorum inibi Deo degentium remittantur, habeantque talem ex eis potestatem, qualem de reliquis ad eorum prebendam pertinentibus. Si autem ex ipso censu negligens aut tarda extiterit legemque facere distulerit, similiter faciant. Deprecatus sum insuper, ut huius facti scriptum in pleno mallo levaretur[2]) et a comite, scabinis aliisque Deum timentibus firmaretur. Si autem aliquis heredum meorum adversus hanc donationem a me factam insurgere voluerit eamque infringere temptaverit, prius iram Dei incurrat ac sanctae Dei ecclesiae, cui vim intulerit, libras auri 100, argenti 1000 persolvat et quod repetit evindicare non valeat. Actum in villa Dexteriaca in pleno mallo, anno ab incarnatione Domini 957., indictione 15., epacta 17., concurrente 3., anno 21. regni Ottonis imperatoris. S. Teutberti comitis. Isti sunt scabinii . . . . .[3]). S. Ego Adelardus, presbiter indignus, ad vicem Nortmanni cancellarii scripsi.

---

[1]) *vgl. S. 6, Anm. 1.* — [2]) *in einer Urkunde desselben Ragimbald vom Jahre 958 (a. a. O. 71 f.) heisst es:* Deprecór etiam, ut huius facti scriptum in pleno mallo legatur et a comite, scabiniis aliisque Deum timentibus firmetur. *Statt* legatur *ist wol auch hier* levetur *zu lesen.* — [3]) *es folgen 14 Namen.*

78.* *Verlobung mit Wette. Symbolische Trauung mit Rückgabe. Bürgschaft. Conventionalstrafe. Mahlschatz. Weinkauf. Stab als Uebergabesymbol.* 966.

Codex diplomaticus Cavensis 2, 31. Vgl. No. 94 und Brunner in der Jenaer Literaturzeitung 1876, 499.

† In nomine Domini. Tricesimo anno principatus Domini nostri Gisolfi, glorioso princeps, mense Februarius, nona indictione. Memoratorium factu a me Maghenolfus, filius quondam Madi, eo quod in Nuceria ante subscribtorum testium per vona combenientia et vona sua bolumtate[1]) guadia[2]) mihi dedit Petrus, filius Bisantii de locum Sarnu, et mediatorem[3]) mihi posuit Petrus, filius[4]) quondam Sadelperti de ex eodem locum Nucera, et Adelghisi diaconus, filius[5]) Sarni presbiteri de ex eodem locum Sarnu, tali ordine, ut isto mense Februario stante diem una daret mihi at legitimam uxorem habendum Monda filia sua[6]). Et si ipsa eadem filia sua mihi legitimam uxorem in dictum constitutum mihi non dederit, obligavit se per ipsa eadem guadia at componendum nobis quinquaginta auri solidos constantinos, et per imvitis ipsa filia sua mihi[7]) legitimam uxorem daret. Unde ividem presens per baculum ipse Petrus ipsa filia sua mihi legitimam uxorem tradidit et arre a me recepi pro ipsa filia sua solidum aureum costantinum unum, et per ipsum eadem baculum ipsius Petri recommandavi ipsa filia sua usque in dictum constitutum, ut illam aput me legitimam uxorem remidteret ipsa guadia, sicut illam mihi guadia habui. Et hunc brebem scribsi ego Ildericus subdiaconus et notarius qui interfui. † Ego Petrus diaconus. † Ego Romoaldo.

79. (57.) *Schenkung eines durch Rodung und Grenzbegehung in der gemeinen Mark erworbenen Grundstückes (Bifang).* (975—1001.)

Pez, Thesaurus novissimus 1, 3, Sp. 103. Vgl. das 1. Citat zu No. 41 und den Bericht in Monumenta Germaniae historica, Scriptores 17, 616.

Papo etenim, urbis praefectus, offerens Liutolfum filium suum in coenobium sancti Emmerammi et fraternam salariam[8]), in praesentia abbatis Ramuoldi[9]) et fratrum seu etiam testium, ut semper sub regula sancti Benedicti, Deo donante, stabilis permaneret. Et non post longum tempus iterum idem Papo comes iam paratus Romam tendere, convocatis tam abbate quam et caeteris fratribus, tradidit super altare praefati sancti Emmerammi in silva communi Nordwald nuncupata tale praedium silvaticum, quale ipse cum suis sequacibus

[1]) *statt* bona convenientia et bona sua voluntate. — [2]) *statt* vadia, *Wette.* — [3]) *statt* fideiussorum. — [4]) *statt* Petrum, filium. — [5]) *statt* diaconum, filium. — [6]) *statt* filiam suam — [7]) *hier und im folgenden statt* ipsam filiam. — [8]) *der Unterhalt eines Bruders.* — [9]) *Abt von Sanct Emmeram zu Regensburg von 975 bis 1001.*

contra suam proprietatem Stevininga prospiciens circumeundo sibi in proprium ad eundem locum Stevininga captivaverat, cum uno tantummodo Wandalico colono institutum, quod etiam situm est inter rivum Franchinpah et montem vulgari vocabulo Vigo nominatum. Hanc quoque traditionem accepit praenotatus abbas Ramuoldus et advocatus Maganus, et isti sunt testes: Rudpreht comes, Richpolt, Erchanpreht, Engilmar, Rudpreht, Arripo, Lantpero, Adalo et ceteri.

80. (58.) *Freilassung vor dem Könige 'per excussionem denarii'.* 976 (977), April 6.

Boehmer, Acta imperii selecta, 12, No. 16. Stumpf, Regesten, No. 699. Vgl. No. 59 und H. Schulze in der Zeitschrift für Rechtsgeschichte 7, 403; Sohm, Fränkisches Recht und römisches Recht (vgl. Citat zu No. 16), 35.

In nomine sanctae et individuae Trinitatis. Otto divina favente clementia imperator augustus. Noverint omnes fideles nostri, praesentes ac futuri, qualiter nobilis quidam Heinricus Karentanorum dux quemdam suae proprietatis clericum, nomine Reginboto, nostrae adducens praesentiae, ut eum liberum dimitteremus, imploravit. Quem ergo nos accipientes ac sub quorumdam conspectu fidelium nostrorum denarium de manu eius manu nostra excutientes, ab omni eum debitae servitutis iugo absolvimus. Unde regia atque imperiali iubemus potentia, ut idem iam dictus tali lege ac libertate deinceps perfruatur, qualem ceteri manumissi, eodem modo a regibus vel imperatoribus libertatem accipientes, hucusque tenuerunt. Et ut haec nostrae concessionis ingenuitas firma stabilisque permaneat, hanc cartam scribi et sigillari praecepimus. Egbertus cancellarius ad vicem Willigisi archicapellani notavi. Data 8. idus Aprilis, anno dominicae incarnationis 976., indictione 4., anno vero regni domini Ottonis 16., imperii 10. Actum Magontia.

81. (59.) *Freiwillige Ergebung in die Hörigkeit.* 993, October 19.

Warnkönig, Flandrische Staats- und Rechtsgeschichte 3, Urkundenbuch, 11, No. 8.

In nomine sanctae et individuae Trinitatis. Omnibus non habetur incognitum, sed pluribus constat manifestum, qualiter quaedam foemina nomine Folcrada, libera cum esset, tributariam se esse constituit cum omni posteritate ex se processura: in eo quidem rationis tenore, ut esset de familia beati Petri apostolorum principis, atque ad venerabilem nominis eius basilicam in loco Blandinio[1]) constructam annis singulis in festivitate sancti Martini pro censu duos denarios

---

[1]) *das Kloster Blandinium bei Gent.*

solveret, in matrimonio vero vel copulatione pro vadimonio solveret denarios sex; nihilominus, cum vitae praesentis imminere sibi terminum conspiceret, de collaboratu et facultate propria denarios duodecim destinaret praenominato caenobio persolvendos; mundeburdem vero vel defensionem alibi non quaereret, nisi a rectore vel advocato ipsius monasterii. Insuper addidit confirmans traditionem hanc et dicens: si quis cuiusque personae huic traditioni contraire voluerit, nisi digne poenituerit reatui, offensae beati Petri apostoli se subiacere cognoscat, nec ullatenus praesens testamentum violationis damnum patiatur, immo fine tenus stabile maneat et inconvulsum cum stipulatione subnixa[1]). Actum publice in Blandinio monasterio, 14. kalendas Novembris, anno 7. regis Hugonis[2]) et 7. domini abbatis Adalwini. Signum Balduini marchisi, S. Walberti advocati, S. Hunradi, S. Walberti, S. Lobbin, S. Arnulfi, S. Radfridi, S. Gerberti, S. Stemari, S. Frorici, S. Everardi, S. Alfrici, S. Eilbrandi, S. Engevaldi. Ego Lanterus cancellarius, cantor quoque Blandiniensis coenobii, monachus indignus, interfui et annotavi.

82.* *Schenkung von Grundbesitz an ein Kloster. Levare cartam in Burgund.* 1025.

Bernard, Cartulaire de l'abbaye de Savigny (Collection de documents inédits sur l'histoire de France, première série, histoire politique) 1, 320. No. 641. Vgl. No. 68, 74, 77 und 90.

Dum huius mundi finem simulque terminum nostrum advenire non dubitamus, necesse est unicuique mortalium, ut de terrenis ac transitoriis acquirere satagat, quatenus Deo in aeternum placere possit. Quapropter ego Anselmus, cogitans animae meae remedium parentumque meorum viventium ac mortuorum, saeculum relinquens et Deo servire cupiens, laudante et consentiente matre mea Adalasia et fratre meo Gunfredo, per manum cuiusdam Anselmi, cognati mei atque advocati, tale alodium quale visus sum habere et possidere, et quod mihi provenire debet, cum servis et ancillis, in comitatu Vualdense et in comitatu Augustudunense et in comitatu Valense et in comitatu Vuarasco, sancto Martino ad monasterium quod est in loco Saviniensi constructum dono, lego atque transfundo, ut abbas illius loci cum fratribus die noctuque Deo servientibus habeat, teneat atque possideat suisque posteris ad possidendum relinquat, sine ullo contradicente. Si quis autem haeredum aut prohaeredum meorum est qui hanc donationem infringere voluerit, non valeat evindicare quod cupit, sed insuper sit culpabilis et impleturus camerae regis auri purissimi uncias triginta. Per iussum autem regis Rodulfi et praesente regina Ermengarde loco advocati accepit hoc alodium ad partes sancti Martini quidam liber miles eorum, nomine Vuilhelmus. S. Anselmi advocati, qui hanc cartam de terra levavit et scribi et firmari rogavit .....[3]). Actum Lauzonnae[4]), anno ab incarnatione

[1]) *vgl. S. 3, Anm. 1.* — [2]) *Hugo Capet.* — [3]) *es folgen noch 7 Namen.* — [4]) *Lausanne.*

Domini 1025., regnante domno rege Rodulfo anno 33. Ego Fochardus subdiaconus in vice Pandulfi cancellarii scripsi. Data in die Iovis.

83.* *Auflassung verkaufter Grundstücke im königlichen Hofgericht nach sächsichem und sodann nach fränkischem Recht. Persönliches und Landesrecht.* 1027—1038, October 19.

Schannat, Vindemiae literariae 1, 41, No. 2. Vgl. No. 84 und 100.

Fecit abnegationem comes Didericus et filius eius Gisilbertus praedii nomine Budenesheim quod est situm in Wedereiba, pro 50 talentis quae dederat Heinricus Babenbergensis abbas, in praesentia Ebirhardi, primi istius loci episcopi, et Huinfridi, Magideburgensis archiepiscopi, et Hazechonis, Wormaciensis episcopi, in Dribure, iubente et consiliante piissimo imperatore Cuonrado, primo incurvatis digitis secundum morem Saxonicum. Isti sunt Saxones qui hoc viderunt et audierunt: Bernhardus comes, Sigefridus comes, Liudold comes, Widekind comes, Gebehard, Hemezo, Diederich, Engilbraht, Gezo, Ruoderich. Et deinde abnegationem fecit cum manu et festuca more Francorum. Isti sunt orientales Franci qui hoc viderunt et audierunt: Otto comes, Adelbertus comes, Gumbertus comes, Albuvin comes, Ebo comes . . .[1]).

84. (60.) *Schenkung von Grundbesitz mit Erbenbewilligung. Sächsische Auflassung. Freiwillige Ergebung des Gebers in die Hörigkeit. Rückerwerb des Geschenkten zu Beneficium. Rentenlehn. Aufhebung der Schenkung bei Vertragsbruch des Schenknehmers.* (1049).

J. Möser, Osnabrückische Geschichte (3. Aufl.) 2, 241, No. 22. Vgl. No. 83 und 100.

Noverint omnes Christi fideles, praesentes scilicet et futuri, qualiter quidam libertus, Werinbraht vocatus, cum laude et consensu iusti ac proximi heredis sui Heio nominati, praedium suum subscriptum cum mancipiis subtus nominatis ad ecclesiam tradidit Osnabruggensem. Delegavit namque in manum Alberici, eiusdem sedis episcopi, et in manum advocati sui, Wal dicti, praedia ista et mancipia haec nomina habentia, investituram eiusdem traditionis statim illi cum digito suo[2]), sicut mos est, promittens: ad Buscon duas mansas, ad Tynon unam mansam, ad Walishem unam mansam, ad Hornsetehuson unam mansam, et haec mancipia: Gelo . . .[3]), et alia mancipia quae habuit et habiturus erat, quorum nomina nescivit.

Deinceps vero post breve tempus propter amorem ac dilectionem eiusdem episcopi seipsum cum omni bono suo, quod tunc habuit et

[1]) *es folgen noch 20 Namen.* — [2]) *vgl. J. Grimm, Rechtsalterthümer, 140 ff. und No. 83.* — [3]) *es folgen noch 51 Namen.*

post haec adepturus erat, ad eandem tradidit ecclesiam, et cum sacramento, sicut proprius liddo merito debuit, eidem ecclesiae et episcopo fidelitatem fecit. Econtra vero episcopus in praesentia fidelium suorum clericorum et laicorum cum manu advocati sui tradidit eidem Werinberhto in beneficium haec omnia quae ipse tradidit, et insuper decimae libras duas, et de servitio, quod sibi deberetur[1]) annuatim in circuitione sua de bonis abbatis Corbeiensis, farris videlicet, sigulis[2]), hordeae, avenae et brasii[3]), libras duas, nec non per singulos annos vini karradas duas; si autem vinum defuerit, quod saepe contingit, pro vino marchas duas, sive argenti sive farris; et annuatim duas feras, id est cervum et cervam unam, aut ipse capiat aut ad capiendas det cuicumque sibi placeat: eo rationis tenore, ut ipse et uxor sua Hazucha traditum simul et acceptum usque ad finem vitae illorum absque omni molestia et famulatu possideant et obtineant. Sciant insuper omnes, quia idem Werinbraht hoc specialiter habet pactum, quod nullus episcopus neque aliqua alia persona eum cogat ire in expeditionem aut ad curtem regalem. Si aliquis episcopus vel advocatus, quod absit, hanc illorum pactionem infringerit sive destruerit, cognoscant omnes Dei cultores, quod hoc firmiter pepigerunt, ut libertatem et praedium et mancipia cum ceteris cunctis bonis suis, sicut antea possederant, ita absque omni contradictione libere atque potestative possideant et retineant. Et ut hoc verius credatur, hanc paginam ad memoriam et agnitionem illius rei scriptam episcopus idem sigilli sui impressione signavit. Huius rei testes: Wal advocatus. Heinric, Giselbraht, Abbo, Abbico, Athalbraht, Athalword, Hildilech, Ezo, Godefrith; de familia: Regil, Hedo, Eilhard, Eizo, Sicco, Fraric, Liudbraht, Gerhard.

85.* *Fideicommiss. Schenkung an die Ehefrau. Standesgemässe Ehe.* (um 1075.)

Graf Hundt, Bayrische Urkunden aus dem 11. und 12. Jahrhundert in Abhandlungen der historischen Classe der k. Bayerischen Academie, 14, Abt. 2, 78, No. 5. Vgl. Brunner in von Holtzendorff, Rechtslexicon (3. Auflage) 1, 792.

Pactum maritale Adalperti vicedomini Frisingensis. Pateat et notum sit omnibus Christi fidelibus, qualiter Adalpertus Frisingensis vicedominus predium, quodcunque in milicia Baioarica et in regno regis Heinrici quarti habuit, totum et inquesitum et inquirendum sine omni contradictione Berthę, dilectę coniugi suę, in proprium tradidit ac delegavit. Ipse etiam eiusdem traditionis et delegationis vestituram eadem hora sibi dedit et presentavit, quas utrasque traditiones testibus infra et retro notatis confirmavit. De-

[1]) *die Vorlage hat* deberet. — [2]) = secale *bei Plinius; Roggen, Du Cange; vgl. Diez unter* segale. — [3]) = grani species ex quo cerevisia conficitur, *Du Cange.*

inde mox prenominata Perhta, mariti sui Adalberti prece devicta, predia et mancipia, quecunque de parte mariti vel de paterna possedit hereditate[1]), exceptis istis 4: Uncinchovin, Huli, Pheterach, Hatperch, et exceptis mancipiis 20 utriusque sexus, quecunque ad libitum suum exciperet et deputaret, cetera inquam omnia, filiis et filiabus ex illo generatis ac generandis post suam suique mariti vitam Adalperti pepigit et delegavit. Hoc autem pactum inter filios filiasque suos[2]) hac ratione et lege discrevit, videlicet quod[3]) filias vel ad monasteria vel ad conubia deputatas porcio hereditatis nulla, nisi iuxta communium amicorum placitum et statutum, contingeret, reliqua vero omnia filii inter se concorditer equabili divisione partirentur, sic tamen, ut, si quis ex illis clericus fieret aut forte matrimonium inferius conditione sua incideret, porcio hereditatis ipsius post vitam suam ceteris fratribus equanimiter distribuenda cederet. Istius vero traditionis idem, qui et superioris pacti, sunt testes nobiles et ignobiles. Nobiles enim isti sunt: Heinrich, filius Marchwardi Carinthiensis comitis, et milites eius Oudalscalch, Anno, Erchanger; Arnolt comes de Diezan et miles eius Wolftrigil; Meginhart comes de Giltichingen et miles eius Magnus; Otto comes de Daningan et miles eius Reginpreht; Otto comes de Skyrun et miles eius Reginpreht; Adalhoch de Umbalesdorf et miles eius Rötpreht, Adalpreht de Heriboldesveldun et miles eius Arnolt, Ernust comes et vasallus suus Isingrim, Gêr comes et miles eius Reginhart; Werinheri comes et vassallus suus Ozi; Lantfrit comes; Adalram miles Pataviensis episcopi et miles eius Râtpoto; . . .[4]), qui sunt simul 58. De familia autem: Heimo, Penno et filius eius Sigihart, . . .[4]), qui pariter sunt 27. Summa ex nobilitate familiaque collecta 85 invenitur.

86. (61.) *Eintauschung der Freiheit. Hörigkeit. Auftrag von Grundstücken zu Erbzinsrecht. Freilassung von Gotteshausleuten nur gegen Ersatz.* (1081—1105).

Lacomblet, Urkundenbuch für die Geschichte des Niederrheins 1, 172, No. 256. Vgl. Lex Ribuaria, tit. 58, 23.

In nomine patris et filii et spiritus sancti. Notum sit omnibus Christi fidelibus, qualiter quidam liberę conditionis vir, nomine Azzelinus, mulierem quandam ad familiam prepropositurę in Fiuhuson pertinentem sibi cupiens in coniugium sociare cum suis Gere prepositum familiaribus adiit et, ut ipsam mulierem, facta permutatione, de servili conditione ereptam ad altare sancti Liudgeri contraderet, fideli supplicatione promeruit. Pro cuius beneficii concessione quendam suę proprietatis mansum in Berghuson, 8 modios siliginis cum totidem modiis hordei et unum mercatorium[5]) leguminis annuatim per-

[1]) *die Vorlage hat* heredidate. — [2]) *die Hs. hat* sui. — [3]) *die Hs. hat* quo. — [4]) *die folgenden Namen sind weggelassen.* — [5]) *fehlt bei Du Cange, ein Maass.*

solventem, ad supradictum delegavit altare. Prepositus vero hanc eius bonam voluntatem hac remuneravit mercede, ut, mox altera sui iuris ancilla, Evekin nomine, pro eadem Imiza reddita, tam ipsi quam uxori eius sive filiis eorum ipsum predium pro duobus per singulos annos denariis ad idem altare sancti Liudgeri persolvendis quasi hereditario iure concederet possidendum. Facta est autem hęc conventio venerandi abbatis temporibus Oddonis, Gere prepositurам simul et altaris custodiam tenente, villico eius Ebbe hoc concambium perficiente, coram utriusque sexus personarum testibus, quorum nomina inferius ex parte conscripsimus: Liudolfus, Bertoldus, Heleith, Uuamboldus, Thiedricus, Gisekin, Ebbe, Benzo, Godefridus, Benno et alii perplures.

87. (62.) *Uebergabe der Ehefrau und der Kinder in Hörigkeit. Ebenbürtigkeit als Voraussetzung des Erbfolgerechtes. Verleihung eines Meieramtes und eines Zinses zu Erbzinsrecht. Anerkennungszins.* (1082—1121.)

Lacomblet, Urkundenbuch für die Geschichte des Niederrheins 1, 192, No. 293. Vgl. Göhrum, Ebenbürtigkeit 1, 147f., 346 ff.

Notum sit omnibus tam presentibus quam futuris, quod ego Obertus uxorem meam, nomine Mazecham, et duos filios meos, Wichmannum et Obertum, mancipiaque tria et quicquid prediorum habui sancto Pantaleoni[1]) tradidi. Solus spe hereditatis propinquorum in libertate mansi quousque abbas domnus Herimannus, quo agente hęc facta sunt, vel quicumque sibi suo succedet in honore assensum dederit. Huius rei gratia villicationem curtis, quę dicitur Helebeche, accepimus ad eundem censum solvendum, qui hactenus inde solvebatur, 4 scilicet libras et dimidiam, 4 modios caseorum et quatuor verveces. Hoc ex censu 5 solidos in beneficium accepimus[2]) et de prediis nostris ad indicium traditionis 4 nummos annis singulis resolvemus, ego scilicet Obertus, uxor mea Mazecha et duo filii mei Wichmannus et Obertus, quousque vixerimus; postea quomodo disponitur, in abbatis erit potestate. Quod ut apud posteros inmutabile permaneat, scripto et sigillo ipsius abbatis domni Herimanni confirmatum est. Huius rei testes sunt: Sigefridus comes, Megenboldus, Fridericus, Wennecho, We . . ., Adelbertus; ex servientibus domni abbatis: Cuono, Liutfridus, Sigebertus, Herimannus, Wolbero et Herimannus; ex familia curtis ipsius: Hezelo, Geroldus, Liudolfus, Wizzo, fratres quoque mei et ipsi liberi. Curtis huius advocatus et rei huius testis est Adelbertus comes.

---

[1]) *Benedictinerabtei zu Köln.* — [2]) *doch wohl einmaliges Geschenk.*

88*. *Schenkung und symbolische Investitur.* 1090.

Bibliothèque de l'école des chartes 36, 412, No. 18.

Notum sit successoribus nostris, quod Hubertus de Campania perdonavit sancto Florentio et eius monachis omnem vicariam [1]) terrae eorum circa Salmurum [2]). Et in testimonium perdonationis huius amputavit summitatem ligaminis serici, quo pelles suae a pectore nectebantur, et cum illo secmento revestivit inde monachos, id est Isembardum patruum suum, Iterium, Goslenum; et Isembardum iuvenem, consobrinum suum, dedit eis fideiussorem et defensorem predictae perdonationis. Fecit autem hoc eo tenore, ut monachi faciant de eo, cum obierit, sicut de monacho suo. Particula vero illa ligaminis huic scedulae insuta est. Actum Toarciaci [3]), anno ab incarnatione 1090.

89. (63.) *Die Standesgenossenschaft der Ehegatten auf die Dauer der Ehe beschränkt. Freiwillige Ergebung in die Ministerialität.* 1095.

Beyer, Urkundenbuch der mittelrheinischen Territorien 1, 446, No. 389. Vgl. von Fürth, Die Ministerialen, 296 ff., 139 ff.

Egilbertus sancte et individue Trinitatis gratia favente Treverorum archiepiscopus. Omnibus fidelibus Deum timentibus et iniustitiam benigno ac simplici corde animadvertentibus, tam presentibus quam futuris, notum esse volumus et digne considerare et observare postulamus conpendiosa quidem brevitate tractatum sed tamen ad multorum presentium et futurorum cognitionem non incongrue deputatum. Matrona nobilis, Rycardis nomine, de Hunrin cuidam egregio viro iuncta matrimonio, qui ministerialis fuit ecclesie sancte Dei genitricis Marie in Treveri, que Horreum dicitur Dagoberti regis [1]), et in villa Uuillare dicta ad eandem ecclesiam pertinente morabatur. Quo sine liberis mortuo et infra ambitum eiusdem loci honorifice sepulto, predicta matrona ob honorem regine celi et propter amorem mariti sui, cum ingenua esset et liberis orta natalibus, semet sponte eidem ecclesie in ancillam mancipavit. Post non multum vero temporis, consilio amicorum suorum alteri libero iuncta viro, filios et filias genuit, qui velut non coacti aut aliqua necessitate convicti sed spontanea voluntate matris in ministerium sancte Dei genitricis adducti, inter optimos ecclesie ministeriales computati sunt. Hiis ergo cum omni concessione sua pacem firmam statuimus, ne alicuius violentia aut iniqua exactione ad alia cogantur vel in aliud ius transferantur. Ut hec rata et inconvulsa permaneant, auctoritate beati Petri apostoli eiusque successorum et sigilli nostri impressione necnon et banni nostri comminatione confirmamus, ut nulli mortalium liceat hec in-

[1]) *Hundertschaft; vgl.* Sohm, *Die Fränkische Reichs- und Gerichtsverfassung, 196 ff.* — [2]) *Saumur an der Loire (Anjou).* — [3]) *Thouarce, s. von Angers.* — [4]) *das Kloster Ocren oder Horreum.*

fringere vel imminuere nisi anathemate feriatur et in futuro a regno Dei alienetur. Signum Brunonis corepiscopi, item Brunonis corepiscopi, S. Godefridi corepiscopi, S. Gerberni presbiteri, S. Theodori ducis, S. Bertolfi comitis, S. Ludouuici comitis, S. Gerlaci, S. Engelbaldi, S. Azelini, S. Annechonis, S. Adelberti. Data Treveris anno dominice incarnationis 1095, domni autem Egilberti Trevirorum archiepiscopi 17., apud Romam Heinrico IIII. feliciter imperante.

90. (66.) *Veräusserung von Grundstücken durch traditio cartae. Investitur- und Auflassungs-Sollemnitäten nach den verschiedenen Stammesrechten.* 11. Jahrhundert.

Cartularium Langobardicum, No. 2, herausgeg. von Boretius, Monumenta Germaniae, Leges 4, 595, Sp. 1. Vgl. Brunner, Zur Rechtsgeschichte der römischen und germanischen Urkunde 1, 96 ff., 104 ff., 130 ff., 263 f.; J. Grimm, Rechtsalterthümer, 110—133, 152—155, 170 f., 196 ff.

Traditio venditionis cum defensione. Martine, trade per hanc pergamenam cartam venditionis sub dupla defensione de petia una de terra quae est tui iuris, que est in tali loco, que est per mensuram tantum et habet coherentias tales ad Iohannem, quod dehinc inantea a presenti die proprietario nomine faciat ipse et sui heredes aut cui ipsi dederint quicquid voluerint sine omni contradictione tua et tuorum heredum. Et insuper esponde te, vos ab omni homine defensare; quodsi defendere non potueritis, aut si vos aliquid per quodvis ingenium subtrahere quaesieritis, tunc in duplum illis eandem venditionem restituatis, sicut pro tempore fuerit meliorata aut valuerit sub aestimatione in consimili loco. — Dicis ita? — Dico. — Sic trade ei[1]) ad proprium et huic notario ad scribendum. — Habes precium iusta cartam? — Habeo. — Dic: 'totos vos rogo tangere'[2]). Si est Romanus, similiter dic; sed si est Salichus, si est Roboarius, si est Francus, si est Gothus vel Alamannus venditor: 'pone cartulam in terram, et super cartam mitte cultellum, festucam notatam, wantonem et wasonem terrae et ramum arboris et atramentarium' et in Alamanna wandilanc[3]), et levet de terra; et eo cartam tenente dic traditionem ut supra diximus. Et adde in istorum cartulis et Baioariorum et Gundebadorum — nam in Baioaria et Gundebada non ponitur insuper cultellum —: 'proheredes' et 'repetitione', et tolle: 'esponde te', et mitte: 'obliga te'. Et in omnium fine traditionis adde: et insuper mitte poenam stipulacionis nomine, que est multa auri optimi uncias quattuor, argenti pondera octo, quam inferatis ad illam partem contra quam exinde litem intulleritis, et quod repetieritis vendicare non valeatis'; et adde: 'warpi te'[4]), caetera sunt similia. Si vero fit per missum, dic tantum in fine: 'et ita trade ei per hunc missum et huic notario ad scribendum'.

---

[1]) cartam *zu ergänzen.* — [2]) rogatio testium; *vgl. Brunner, a. a. O. 38 f.* — [3]) *vgl. J. Grimm, Rechtsalterthümer, 196 ff.* — [4]) werpitio, exfestucatio.

91. (64.) *Freilassung durch traditio cartae unter Ueberweisung des Peculiums, nach den verschiedenen Stammesrechten.* 11. Jahrhundert.

Cartularium Langobardicum, No. 8, herausgeg. von Boretius, Monumenta Germaniae, Leges 4, 596, Sp. 2. Vgl. Brunner, Carta und Notitia (vgl. Citat zu No. 12), 8 ff.; derselbe in Zeitschrift für das gesammte Handelsrecht 22, 549 ff.; Winogradoff in Forschungen zur deutschen Geschichte 16, 599 ff.

Traditio cartulae libertatis. Martine, trade per hanc pergamenam cartam libertatis et absolutionis ad Marcoardum qui est servus tui iuris, ut amodo a presenti die sit liber et absolutus ab omni vinculo servitutis iuxta legem pro animae tuae mercede, et habeat licentiam et potestatem de quattuor viis ambulare aut cohabitare ubi voluerit, et neque a te neque a tuis heredibus ullam habeat repetitionem nec conditionem servitutis sed in perpetuum permaneat in sua potestate et congrua libertate, et sicut illi qui in quadruvio in quarta manu traditi sunt et amont facti sunt[1]) vel sicut illi qui per manus sacerdotis circa sacrum altare ad liberos dimittendos deducti sunt[2]) pro animae tuae mercede; et insuper concede sibi ad gratiam suae libertatis omne suum conquistum, quod nunc habet aut inantea adquirere potuerit, ita ut faciat exinde a presenti die proprietario nomine quicquid voluerit pro animae tuae mercede. — Dicis ita? — Dico. — Ita trade huic cartam libertatis et absolutionis, et huic notario ad scribendum. — Dic: 'omnes vos rogo'[3]). — Si est Salichus et caeteri[4]), elevent atramentarium tantum super pergamenam de terra, si non tribuunt eis terram; si vero tribuunt, tunc elevent cultellum et caetera, exceptis Baioariis et Gundebadis; et adde: 'proheredes', et pone 'peculiare'[4]); et adde: 'insuper mitte poenam stipulationis nomine, quae est mulcta auri optimi uncias quattuor, argenti vero pondera octo, quam inferatis ad illam partem contra quam exinde litem intulleritis, et quod repetieritis vendicare non valeatis, si hanc cartam libertatis pro quolibet ingenio frangere volueritis. Si est Romanus, adde illic ubi dicis 'deducti sunt': 'cives Romani, portas apertas, eat ac pergat et, qua parte voluerit ambulare, discedat'. Similiter in Salicha et in omnibus aliis. Caetera vero sunt similia in omnibus.

92. (65.) *Kinder von Aldien verschiedener Herren aus einer rechtmässigen Ehe folgen dem Vater.* 11. Jahrhundert.

Formel zu Liutpr. 125, Boretius, Liber Papiensis, Monumenta Germaniae, Leges 4, 461, Sp. 1, Z. 45—50. Vgl. Bluhme in der Zeitschrift für Rechtsgeschichte 11, 381 ff.; Schröder, Geschichte des ehelichen Güterrechts, 1, 27 ff.

Petre, hoc te appellat Martinus, quod tu tenes sibi Marcoardum suum aldium. — Meus proprius est. — Quomodo est tuus proprius?

---

[1]) *Roth. 224.* — [2]) *Liutp. 23.* — [3]) *vgl. S. 69, Anm. 2.* — [4]) *vgl. No. 89.* — [5]) *statt des im Vorhergehenden gebrauchten* conquistum.

— Unus meus aldius apprehendit Mariam tuam aldiam et fecit mundium de ea, et post ex ea fuit natus ille. — Approbet appellatus sic esse, aut perdat.

93. (68.) *Anefangsklage. Gewährleistung des Verkäufers und Begrenzung derselben.* 11. Jahrhundert.

Formel zu Roth 232, Boretius, Liber Papiensis, Mon. Germ., Leg. 4, 358, Sp. 2, Z. 4—25. Vgl. Laband, Vermögensrechtliche Klagen, 124 ff.; von Bethmann-Hollweg, Der germanisch-romanische Civilprocess 2, 348 ff.

Petre, te appellat Martinus, quod ipse interciavit tibi unum suum caballum, qui valebat solidos 100. — Interciasti tu michi ipsum caballum, ecce caballus. — Quid tibi pertinet? — Ego comparavi de Dominico de tali loco. — Juret, quod ad certum warentem eum conducat. — Vendidisti tu michi ipsum caballum? — Non feci. — Vis ei ardire[1])? — Volo. — Et tu, vis te defendere? — Volo. — Wadiate pugnam. — Si dixerit: vendidi et volo stare in auctoritatem, det vadia, quod stet in auctoritatem; et ipse det vadia de contradictore[2]), et reddat precium et recipiat caballum. — Qui tibi pertinuit iste caballus ad vendendum? — Ego comparavi de Donato. — Da vadia de auctore. — Et tibi, quid pertinet? — Ego comparavi de Paulo. — Non vadat super tercium warentem. Aut iuret secundum usum, quod nec fur sit nec collega furonis, aut emendet sibi nonum.

Petre, te appellat Martinus, quod ipse interciavit tibi unum suum caballum, qui valebat libras 5. — Ego comparavi ipsum caballum de Martino de Roma. — Aut ducat warentem infra tercium comitatum, aut perdat caballum, et faciat supradictum sacramentum.

94. (69.) *Verlobung und Trauung einer langobardischen Witwe. Muntschatz und Morgengabe. Launegild.* 11. Jahrhundert.

Expositio zu Roth. 182, Boretius, Liber Papiensis, Mon. Germ., Leg. 4, 333, Sp. 2. Z. 29. Vgl. No. 78; Schröder, Eheliches Güterrecht 1, 26—53, 84 ff.; Bluhme in der Zeitschrift für Rechtsgeschichte 11, 375 ff.; Sohm, Das Recht der Eheschliessung, 46 ff., 66, 101 ff.; Brunner in Jenaer Literaturzeitung von 1876, 499; derselbe, Zur Rechtsgeschichte der römischen und germanischen Urkunde 1, 94 ff.; Val de Lièvre, Launegild und Wadia, 1877.

Domne comes, Cristina cum Petro tutore suo dicit, quod pluribus vicibus in conspectu vestro lamentata est de Dominico mundoaldo

---

[1]) *bekämpfen.* — [2]) *vgl. die Formel zu Ottonis I c. 7 (Boretius a. a. O. 578, Sp. 2, Z. 11):* Tunc warens det ei vadimonia de stando in auctoritate et reddendo pretio; hic vero det ei wadimonium de conducendo interciatorem ad eum ad placitum appellando et reddendam rem.

suo, qui suam denegat voluntatem et eam marito Martino, quem elegit, tradere non vult; unde vos multotiens ex vestri parte nuntios ac epistolas misistis, ut ad vestrum placitum veniret et eidem Cristine iustitiam faceret, et ad iudicium habere non potuistis. — Dicis ita, Cristina? — Sic dico. — Domne comes, recordamini ita? — Sic recordor. — Et vos iudices? — Sic recordamur. — Quo dicto dicant iudices, interrogante comite, quid inde lex precipiat. Iudices vero hanc legem dicant, que est: 'Si quis filiam suam' usque ad 'Et si talis fuerit', aut sententiam eius dicant. Quo facto interrogetur mulier, utrum mundium suum ad parentes suos transire velit? Que confessa sponsetur: huc ad hoc venit Martinus, quod, si a Deo consensum est, vult sibi sponsare Cristinam, post Albertum relictam, et Andree filiam. — Interrogatur sponsus, an velit, et an sit paratus dare medietatem mete heredibus Alberti, quondam Cristine mariti? — Quo respondente: Albertus quondam ei dedit in meta solidos 40, et ob hoc paratus sum dare medietatem inde, solidos 20, — si heredes Alberti affuerint, debent solidos 20 accipientes eam sponsare; si autem adesse noluerint, ad patrem redeat mundium. — Tunc dicatur sponso: da Andree wadiam, quod tu Cristine filie sue omnium que modo habes aut inantea acquirere poteris, que sunt, portionem quartam facies, et, si te retraxeris, auri libras 100 compones. — Tunc wadio a fideiussoribus accipiatur. Dehinc patri dicatur: Andrea, per hunc ensem et wantonem istum sponsa Cristinam filiam tuam. — Ipso affirmante, dicatur sponso, ut eam accipiat. — Dehinc dicatur: Andrea, da wadiam Martino, quod filiam tuam ei trades uxorem, et eam sub mundio cum rebus ad eam pertinentibus mittes; et tu, da wadiam, quod tu eam accipies, et, si quis nostrum se subtraxerit, componat pars parti fidem servanti penam auri libras 100. — Antifacti et morgincaph cartule lecte sponse a sponso tradantur. Tunc pater, qui mundoaldus est, per manum dexteram tradet eam marito. — Tunc dicatur: Martinus hunc caballum, solidos 20 valentem, Andree dat pro mundio Cristine uxoris sue et Andree filie; — et pater caballum accipiat. — Et tu, Andrea, pro hoc caballo, 20 solidos valente, Cristinam, filiam tuam, cum rebus omnibus ad eam pertinentibus sub Martini mundio mitte, mundium et caballum sibi ad proprium trade. — Tunc Martinus patri mulieris launechil exsolvat, de quibus omnibus breve fieri rogetur, aut notitiam scribi a comite iubeatur.

95. (70.) *Die Ehefrau erwirbt bei rechtsgiltig geschlossener Ehe das Stammesrecht des Mannes. Veräusserungen einer Ehefrau nach römischem und langobardischem Rechte.* 11. Jahrhundert.

Formel zu Liutpr. 126, Boretius, Liber Papiensis, Mon. Germ. Leg. 4, 461, Sp. 2, Z. 18. Vgl. Schröder, Eheliches Güterrecht 1, 21, 27, 132 ff.; Bluhme in der Zeitschrift für Rechtsgeschichte 11, 375 ff.; Rosin, Die Formvorschriften für die Veräusserungsgeschäfte der

Frauen nach langobardischem Recht (Untersuchungen zur deutschen Staats- und Rechtsgeschichte, herausgegeben von Gierke, Heft 8.).

Petre, te appellat Maria cum Dominico suo tutore, quod tu tenes sibi malo ordine terram in tali loco. — Mea propria est per cartulam venditionis, quam tu michi fecisti cum marito tuo, qui est mortuus, et ecce cartula. — Ipsa cartula non michi nocet, quia ego eram Longobarda; non potui facere sine parentibus. — Maritus tuus fuit Romanus et fecit mundium de te. — Aut probet ipse qui habet cartulam, quod maritus fecit mundium, aut fiat vacua.

96. (71.) *Angabe der Verwandtschaftsgrade beim Process um Erbschaft.* 11. Jahrhundert.

Formel zu Roth. 153, Boretius, Liber Papiensis, Mon. Germ. Leg. 4, 317, Sp. 2, Z. 24. Vgl. Bluhme, Omnis Parentilla, in Bluhme, Schröder, Loersch, Drei Abhandlungen zur Geschichte des deutschen Rechts, Festgruss aus Bonn an C. G. Homeyer, 1—18; von Amira, Erbenfolge und Verwandtschaftsgliederung, 20 ff.

Petre, te appellat Martinus, quod tu tenes sibi malo ordine terram, quae iacet in loco tali. — Ipsa terra, de qua tu dicis, mea propria est de parte Dominici parentis mei; et tibi, quid pertinet ad requirendum? — De parte ipsius. — Tunc interroga ipsum qui tenet, quomodo fuit suus parens. — Marcoardus proavus suus fuit consobrinus de proavo meo, et fuerunt in tercio gradu; avus meus et avus illius in quarto; pater meus et pater illius in quinto, ego et ille in sexto. — Interroga similiter illum, qui pulsat. — Avus meus et avus suus fuerunt fratres, et fuerunt secundo gradu; pater meus et mater sua in tercio; ego et ille in quarto. Et cum fuerit nominata haec parentela, interroga eum qui tenet, si potest probare, quod plus proximus sit; si non potest probare, probet ipse qui appellat. Et si ipse non potuerit, iuret ipse qui appellatus est cum suis sacramentalibus, quod plus proximus sit, et habeat ipsam terram.

97. (72.) *Wiederholung des Veräusserungsgeschäfts (traditio) mit folgender Auflassung und symbolischer Investitur. Rückempfang zu Beneficium auf zwei Leiber.* 11. Jahrhundert.

Wigand, Traditiones Corbeienses, 80 § 363. Vgl. Heusler, Gewere 1 ff.; Laband in der kritischen Vierteljahrsschrift 15, 383, 389 ff.; J. Grimm, Rechtsalterthümer 110 ff.; 130 ff.; Sohm, Fränkisches Recht und römisches Recht (vgl. Citat zu No. 16), 30.

Renovatio traditionis quam fecit Oto de propria hereditate in pago Hasugo[1]). Nam, ne umquam oblivione ob-

[1]) *der sächsische Hessengau.*

literetur, iterum alia vice eam tradidit ad reliquias sancti Stephani, et mox in presenti domino abbati Warino consignavit. Insuper et manus vestituram ei inde fecit secundum morem Saxonice legis cum terre cespite et virido ramo arboris, quam hereditatem vice beneficii postmodum a predicto abbate ipse recepit et uxor sua, possidendam quam diu quis eorum vixerit. Testes: Enno, Liutheri, Volcger, Uffed, Wal et alii 16.

98*. *Kein Erbenwarterecht bei Kaufgut. Notwendige Entgeltlichkeit der Verträge.* (um 1114.)

Bibliothèque de l'école des chartes 36, 424, No. 26. Vgl. No. 107; Sohm, Das Recht der Eheschliessung, 28 ff.

Memoriae tam praesentium quam posterorum commendare curavi, quod ego Petronilla, quae tunc Dei gratia Fontis Ebraudi[1]) prioratum tenebam, dum uno die apud Pignonariam[2]) paululum me recreassem, Helignandus de Longo Campo et Elisabet, uxor saepedicti Achardi, me visitandi gratia pariter ad me venerunt. Cumque satis plura dixissemus, haec inter cetera ipsi Elisabet reduxi memorie, ut filius suus Buccardus domno R. et feminis sibi subpositis concederet terram quam pater eius Achardus et ipsa perpetuo eis tenendum concesserat. Quae meis itaque verbis huiuscemodi verba respondit: quia praedicta terra de emptione sua et adquisitione fuerat, et cui ipsi voluissent eam libere vel quiete dare aut dimittere potuissent. Tunc ego Petronilla, nolens suis adquiescere dictis, consilio amicorum nostrorum et suo assensu ad locum qui vulgo Escharbot appellatur de fratribus et secularibus hominibus huius rei gratia transmisi, quorum unus Bernardus de Saponariis . . .[3]) ibi interfuit, qui filio suo Buccardo sex denarios pro concessione donavit, sub testibus istis[4]).

99*. *Auslösung eines Pfandes durch formelles Versprechen (Wadia als interimistisches Pfand).* (um 1130).

Bibliothèque de l'école des chartes 36, 429, No. 29. Vgl. Franken, Das französische Pfandrecht im Mittelalter 1, 215—219, 233—240, 261 ff.

Goslenus de Puiza monachos sancti Albini habitantes apud Sichilionem[5]) inquietare coepit, dicens quia homines eorum ad praeceptum illius debebant ire in expeditiones et equitationes eius. Huic igitur sermoni cum monachi nollent obedire, praedas eorum cepit, sed tamen eas per ecclesiasticam iusticiam gadiavit; et cum non posset eas ex integro reddere, loricam suam pro gadio apud monachos deposuit. Evolutis autem paucis diebus, recognoscens impietatem suam, venit in capitulum sancti Albini, ibique cum una virgula in manu

[1]) *Fontevraud.* — [2]) *La Pignonière bei Angers.* — [3]) *Lücke in der Hs.* — [4]) *es folgen 9 Namen.* — [5]) *Séchillon, Anjou.*

Roberti abbatis predictam exactionem guirpivit et eamdem virgulam super altare sancti Albini detulit; monachi autem loricam suam reddiderunt ei. Hoc viderunt et audierunt Bardulfus, Balduinus Bernardi, Calopinus de Essart; de nostris: Goffridus Magnus, Rubiscallus, Calopinus de Credone, Petrus coquus, Haimericus carpentarius.

100. (73.) *Verkauf von Grundstücken. Kaufvertrag als Realvertrag. Anwendung des Stammesrechtes und des Rechtes der belegenen Sache bei Vertrag und Uebergabe. Warterecht der Erben. Handlungsunfähigkeit der Mönche. Salmannen.* (1133—1152)[1].

Wirtembergisches Urkundenbuch 2, 399. Vgl. Schröder in der Zeitschrift für Rechtsgeschichte 9, 410—421; derselbe, Die Franken und ihr Recht (vgl. Citat zu No. 16), 26; das 2. Citat zu No. 47.

Notum esse cupimus domino nostro Jhesu Christo famulantibus, qualiter Mathilt de Sunthousun[2]) predium quod est situm in Hirslandun et Housun[3]) cum omnibus appenditiis vendiderit sepedicto famulo Dei Ernest[4]) ob centum marchas argenti cum consilio et viginti marcharum subsidio Hartwici, Magadburgensis venerabilis archiepiscopi[5]) pro sustentatione monachorum aliorumque Deo famulantium in cella sancti Gregorii. Huic causę prefuit idem prememoratus archiepiscopus Hartwicus cęterique plures interfuerunt, scilicet Herimannus, Magadburgensis urbis prefectus, et palatinus comes Fridericus et Sigeloch, pluribus Saxonum, Suevorum, Bauuariorum, Francorum adiunctis. Neque enim hoc semel fecisse sufficere credidimus, nisi iterum id in Gibechestein[6]) innovaretur, pluribus testimonio adhibitis, deinde in Herphesfuort[7]), filiis predictę matronę secundum ius id ex omni parte confirmantibus. Deinde filius eiusdem, nomine Burchardus, legitimus successor matris suę hereditatis, tradidit hoc idem predium ex peticione Ernestonis consensuque omnium coheredum suorum cuidam nobili Suuevo Berhtoldo de Sparewaresekke, ut potius per illius manum illud predium offerretur sancto Gregorio quam per manum Ernest qui iam armis et mundo pro Christo abrenuntiaverat. Postea vero in quarto anno ex relatione aliquorum agnovit hoc Ernest, quod predicta matrona murmuraret, sibi adhuc aliquid defore de promissa pecunia, set ille Ernest, labore invictus, iterum rediit Saxoniam et in presentia H. archiepiscopi et H. fratris eius et Hedenrici militis ipsius aliorumque innumerabilium militum ipsius et Theoderici comitis de Hara[8]) multorumque suorum tot et tanta huic matronę suisque

---

[1]) *die Aufzeichnung, welche allerdings über ältere Vorgänge berichtet, erwähnt Lothar II. als Kaiser (1133, Juni 4.) und ist nach dem Vorbericht der Herausgeber (Wirt. Urkb. 2, 389) vor dem Tode Konrads III. (1152, Februar 15.) niedergeschrieben worden.* — [2]) *Sunthausen in Thüringen, Herzogtum Gotha.* — [3]) *Hirschlanden und Hausen, Wirtemberg. Oberamt Leonberg.* — [4]) *der Stifter des dem heiligen Gregorius gewidmeten Klosters Reichenbach.* — [5]) *regierte von 1079—1102.* — [6]) *Burg Gibichenstein bei Halle an der Saale.* — [7]) *Erfurt.* — [8]) *Graf Theoderich von Ahr.*

filiis contulit, donec predictum predium, omni mala calliditate submersa, legitime stabiliretur sancti Gregorii cęnobio. Huic negocio interfuit Sigeloch et Heinricus, Fridehelm et Winehart, miles Fridehelmi, Adelbertus et Burchardus, milites archiepiscopi. Ad hoc istos novissimos testes idoneos esse estimati fuimus, quia Franci fuerunt, maxime quod predictum predium in terra Francorum situm est et prenominata matrona cum suis coheredibus Francorum lege regenda atque cohercenda est. Denique, sicut dictum est, predictum predium centum marcis emptum est, quarum 20 Hartwicus Magadburgensis archiepiscopus se daturum spopondit, domnus Ceizolfus Mogontiensis decanus, qui et alia multa beneficia nobis contulit, in eadem emptione 30 marcas dedit, Drutwinus Wormatiensis civis 20 marcas dedit, Heinricus Magadburgensis vicedomnus 10 marcas dedit, Gerlahus de Malbotesheim duas houbas sancto Gregorio dederat quę pro 6 marcis venditę in eius predii emptionem cesserunt, insuper aliorum fidelium oblationes, quorum nomina in libro vitę scripta sunt, in eodem predio datę sunt. Post hęc autem omnia domnus Sigebertus, filius eius iunior, conquestus est coram rege Lothario apud urbem Wirceburc, delegationem illam esse iniustam a matre et fratre factam. Cui post hęc dederunt provisores huius loci 30 marcas argenti. Qui et ipse in Spirensi urbe coram imperatore Lothario et aliis principibus delegavit in manus Waltheri de Rotenburc, ut ipse offerret sancto Gregorio. Ad hoc soror eiusdem Sigeberti et filius eius, Gerungus nomine, tradiderunt supradictum predium sancto Gregorio in manus Oudalrici abbatis de cella domne Paulinę[1]).

101. (74.) *Ergebung in die Hörigkeit. Sterbfall.* 1135.

Simon, Geschichte der Dynasten und Grafen zu Erbach, Urkundenbuch, 4, No. 2.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Notum sit universis ecclesie filiis, tam presentibus quam futuris, quod quedam Verburch et eius due filie Berta et Orudlint cum omni posteritate sua se libera manu sua ad altare beate Marie in Michlenstat tradiderunt: ea ratione, ut tam ipsa quam de stirpe sua, vir sive femina, singulis quoadusque vivet annis in assumptione sancte Mariae super altare eiusdem duos denarios iure perpetuo offerret, et post masculi obitum sicut precipuum capud, sic post decessum femine optimum indumentum vel solidum custos ecclesie recipiet. Nec silentio pretereundum, quod hec eadem mulier ab omni coactione liberrima nulli iure patronatus tenetur, nisi ei cuius superficiaria est et territorium habitat. Ut ergo hec traditio rata maneat et inconcussa, ego Rehewinus, predicte ecclesie prepositus, presentem paginam rei geste custodem et testem adhibui, quam etiam ob habundantiorem cautelam sigilli ecclesie Laurissensis munimento roborare curavi. Actum est hoc anno in-

---

[1]) *Paulinzell in Thüringen, Fürstentum Schwarzburg-Rudolstadt.*

carnationis dominice 1135, regnante Romanorum imperatore Cunrado, Baldemaro abbatiam Laurissensem administrante, testibus: Adalbero custode et toto conventu, Lferando[1]) et Heinrico, avocatis, Luerando[1]) villico, Wichmanno cemetario, Uokero de Stocheim. Ego Cunradus scripsi.

102. (75.) *Schenkung und Rückempfang zu Beneficium. Sessio triduana nach fränkisch-alamannischem Rechte.* 1136.

Mone, Zeitschrift für die Geschichte des Oberrheins 9, 222, No. 113. Vgl. No. 55. und Homeyer, System des Lehnrechts, 315 ff.

Anno dominicae incarnationis 1136 Rudolphus liber homo de Salenstat tradidit pro remedio animae suae, nullo contradicente, super reliquias beati Georgii martyris quicquid praedii habuerat in villa vel in marcha Endingen, eo iure quo ipse hoc possederat. Recepit autem hoc ipsum praedium ac si pro beneficio, ea conditione ut fructuarios usque ad vitae suae terminum ex eo percipiat et censum numismatis singulis annis inde persolvat. Facta ergo traditione, mox a fratribus nostris in proprietatem sancti Georgii redactum triduoque ab eis secundum leges Francorum et Alemannorum possessum est[2]). Huius rei testes sunt: Conradus advocatus de Suarzenberg, Heinricus et Luitholdus de vico Wilere, Eberhardus et Eberhardus, Folchardus, Einhardus, Megewardus et alii plures.

103*. *Symbolische Investitur.* (um 1140.)

Bibliothèque de l'école des chartes 36, 432, No. 32.

In nomine domini nostri Ihesu Christi. Ab antiquis et sapientibus ad nos exemplum descendit, ut litterarum custodiae commendaretur quod in perpetuum desideratur esse servandum. Ego igitur Ulgerius, Andegavensis ecclesiae dictus episcopus, per praesentis scripti testimonium constans et certum esse cupio, quod Yvo de Jaillia, iturus Jerusalem, sumpta cruce ad signum Jerosolimitani itineris, adducens ad me duos fratres suos Aimericum et Petrum de Jaillia et Gaufredum Teudum et Rainaldum Rufum, dedit et concessit tam ipse quam fratres sui et dictus Gaufridus ecclesiae beati Mauricii et mihi et successuris mihi episcopis perpetuo in elemosinam pro anima patris sui et matris suae et sui ipsius et fratrum suorum ecclesiam beati Martini de Bosco, et investivit me de ea cum baculo

---

[1]) *diese Namen sind sicher verderbt.* — [2]) *da sowol Endingen und Schallstadt im Breisgau, als auch das Kloster St. Georgen im Schwarzwalde noch durchaus dem alemannischen Gebiete angehören, so kann die Bezugnahme auf das fränkische Recht nur aus der Uebereinstimmung desselben mit dem alemannischen erklärt werden. Vgl. übrigens Zeitschrift für Rechtsgeschichte 9, 411 f.*

pastorali, et postea posuit eumdem baculum supra dominicum altare, ad signum concessionis. Ego autem ad necessaria viae Jerosolimitanae dedi tam sibi quam fratribus suis et praefato Gaufrido 300 solidos. Factum est hoc in camera Andegavensis palatii proxima ecclesiae beati Mauricii. Hoc viderunt et audierunt quorum nomina subscripta sunt . . . .[1]).

104. (77.) *Ankauf von Grundstücken durch die Pfleger einer Kirche. Symbolische Investitur und Auflassung nach Kölner Stadtrecht. Erbenwarterecht. Urkundsgeld.* 1159.

Lacomblet, Urkundenbuch für die Geschichte des Niederrheins 1, 276, No. 399. Vgl. No. 107 und Stobbe, Die Auflassung des deutschen Rechts in Ihering, Jahrbücher für die Dogmatik des heutigen Privatrechts 12, 191 f.

In nomine sanctę et individuę Trinitatis. Quoniam omnibus Christi fidelibus sua iustitia pro veritate conservanda est, universitati fidelium tam in presenti quam in posterum notum sit, quomodo ęcclesia sancti Gereonis per curatores suos emit allodium in villa Morsdorp, que sita est infra bannum urbis Colonię: ab ipso custode memoratę ecclesię Henrico 40 iornales, a quadam nepte sua, nomine Godesdu, vidua item 40 iornales, a quadam alia nepte sua similiter vidua, nomine Winlif, et a quodam Herimanno sororis suę marito 15 iornales, a quodam Henrico, agnomine Scecere, integrum mansum et 16 iornales, a quodam Richolfo de novo foro et filio suo Herimanno integrum mansum et sex iornales. Facta est autem hec emptio legitime, pleno consensu heredum et perfecta condicti precii persolutione. Ipsa vero donatio eiusdem allodii ad altare beati Gereonis facta est legitimo donationis modo secundum ius Coloniensis urbis per ipsos iudices[2]) Colonienses sub presentia senatorum et civium, recognito et facto eis omni suo iure propter veritatis testimonium[3]). Exfestucatio etiam eiusdem allodii ab universis heredibus in presentia eorum facta est. Ut vero hec omnia inconvulsa et illibata permaneant, placuit ea presente scripto annotari et communi sigillo urbis ad veritatis confirmationem signari. Acta sunt hec anno incarnationis dominicę 1159, indictione 7., regnante Friderico Romanorum imperatore augusto, presidente Colonię archiepiscopo . . .[4]), in maiore ęcclesia Adelhelmo preposito, Philippo decano, in ęcclesia beati Gereonis Godefrido preposito. Huius veritatis testes sunt Henricus urbis prefectus, Herimannus advocatus, Albero subcomes, Herimannus subadvocatus, Vůgelo telonearius et Karolus telonearius, senatores vero: Marcmannus Hoger, Gerardus Niger, Godefridus Uolfuendis filius, Herimannus Ditwigis filius, Herimannus Razonis filius, Daniel et frater eius Bruno, Vůgelo Herimanni filius, Godefridus de Stavere, Emundus, Hupret, Franco et omnes tam senatores quam senatorum fratres et Coloniensis urbis potiores cives. Pax conservantibus. Amen.

---

[1]) *es folgen 14 Namen.* — [2]) *Schöffen.* — [3]) *das Urkundsgeld.* — [4]) *da der erzbischöfliche Stuhl nach Friedrichs Tode (1158) zwei Jahre erledigt war, so ist hier für den Namen des Nachfolgers der Platz offen gelassen.*

105. (79.) *Professio iuris Langobardici. Freilassung mit Bezugnahme auf die altlangobardischen Freilassungsformen.* 1169, Juli 25.

Ficker, Forschungen zur Reichs- und Rechtsgeschichte Italiens 4, 186, No. 145. Vgl. No. 91; Gaupp, Die germanischen Ansiedlungen, 241 ff.; von Bethmann-Hollweg, Der germanisch-romanische Civilprocess 5, 74; Karl Schulz, in der Zeitschrift für thüringische Geschichte 9, 15 ff.

Anno ab incarnacione domini nostri Ihesu Christi 1169, 8. kalendas Augusti, indictione 2. Rainaldus de Arcellos et Mabilia uxor eius, manifestantes se lege Longobarda vivere, propter amorem Dei et redentionem animarum suarum parentumque eorum dederunt libertatem Caffe ancille eorum; ita ut ipsa ab hac die sit libera et absoluta ab omni vinculo servitutis et omnibus modis, quibus melius esse potest, et habeat licentiam ac firmissimam potestatem eundi et ambulandi in qua parte voluerit, et congruam libertatem habitandi cum quo voluerit, sicut illi qui per manum sacerdotis circa sacrum altare ad liberos dimittendos deducti sunt, et qui in quadruvio in quarta manu traditi sunt et amont facti sunt. Insuper concesserunt predicti iugales eidem Caffe omne conquistum, quod modo habet vel quod est habitura; et faciat exinde a presenti die ipsa Caffa eiusque heredes et cui dederint iure proprietario nomine, quicquid voluerint, sine omni istorum iugalium eorumque heredum contradictione. Actum est hoc in loco Trozani ante hostium predictorum iugalium cum stipulatione subnixa[1]). Feliciter. Signa manuum istorum iugalium, qui libertatis hanc cartulam fieri rogaverunt ut supra. Ibi interfuerunt Homodeus de Burgo, Pigus Platus, Martinus de Casa et Petrus frater eius, Petrus Terdonensis, Ato Plontalis et Obertus Plontanis, Witanus de Burgo, rogati testes. Ego Ogerius sacri palatii notarius interfui et rogatus hanc libertatis et absolutionis cartulam inde scripsi.

106. (80.) *Zinspflichtige und freie Güter hofhöriger Weinbauern. Umwandlung derselben in Halbgewinngüter durch Uebereinkunft mit dem Grundherrn. Privationsrecht wegen Verschlechterung. Sterbfall.* 1176.

Lacomblet, Urkundenbuch für die Geschichte des Niederrheins 1, 321. No. 457.

In nomine sanctę et individuę Trinitatis. Ego Geldolfus humilis minister in Brunwilrensi cenobio[2]) universis filiis matris ęcclesię in perpetuum. Quod ad noticiam multorum pervenire congruum duximus, litterarum monimentis mandare provida deliberatione curavimus. No-

[1]) *vgl. S. 3, Anm. 1.* — [2]) *Benediktinerabtei Brauweiler bei Köln.*

verit ergo presens ętas et omnium secutura posteritas, quod beatę memorię domna Richeza regina villam Mesenihc cum hominibus suis eodem iure possidendam beato Nykolao tradidit, quo ante tempus oblationis tenebat. Preterea 24 vineas quas arpennas vocant eidem confessori sub tali conditione contulit, ut quelibet arpenna tempore vindemię 10 onera vini solveret ęcclesię et de residuo vino dupla portio ęcclesię, tercia incolis remaneret. Regina vero, quia liberalis erat, sicut suam decebat excellentiam, terciam portionem, eo quod exigua videbatur secundum magnitudinem laboris quem cultura exigebat vinearum, cultoribus suis ampliare dignata est, tribuens eis quasdam vineas quas singularitates vocant cum curticulis, cum agris et pratis, ut ipsi quicquid emolumenti inde proveniret soli possiderent. Qui de tali augmento sibi collato presumentes, continuo studium suum ad suas converterunt singularitates, spaciose illas dilatando, et econtra nostra vineta de die in diem neglexerunt. Dampnum igitur tam diuturnum ulterius non valentes ferre, illos ante advocatum Theodericum ad rationem posuimus, ut nobis super hoc satisfacerent aut, dictante iusticia, quicquid ab ęcclesia tenebant perderent. Qui nullam invenientes excusationem, quia negligentia eorum oculis patebat omnium, tale inierunt consilium, ut pro labore et sumptibus vinearum suarum eis 60 marcas daremus et ipsi omne vinum quod amodo in suis singularitatibus habituri essent nobiscum equa lance dividerent in perpetuum. Tandem assensimus, 60 marcas dedimus, ita ut omnis iusticia, quam nos eis debebamus et ipsi nobis, amodo quiescat, excepta dimidia ama vini quę vinum nostrum in navi deferentibus dabitur. Viam vero universę carnis quolibet eorum ingresso, equus aut bos aut vestimentum melius quod habuerit dabitur. Testes huius rei sunt: Fortolfus prior, Adelbertus, Sigewinus, Johannes, Theodericus, Reginoldus, Rudolfus; ministeriales: Theodericus advocatus, Heinricus, Iohannes de Dalheim, Heinricus de Ulmeno, Everhardus; et ex familia: Frithericus, Gerhardus, Heinricus, Rupertus et alii quam plures. Acta sunt hec anno dominicę incarnationis 1176., indictione 9., anno imperii Friderici regis 15., domni Philippi archiepiscopi anno 9., sub abbate Geldolfo feliciter in Domino. Amen.

107. (81). *Ministerialen können Freiengut nur durch einen freien Salmann erwerben und weiter veräussern. Der Dienstherr als Salmann. Der König als Eigentümer des Reichs-Kirchengutes. Notwendige Entgeltlichkeit der Verträge.* 1179.

Lacomblet, Urkundenbuch für die Geschichte des Niederrheins 1, 330, No. 470. Vgl. von Fürth, Die Ministerialen, 282 ff.; Heusler; Die Gewere, 121 ff.; Laband in der kritischen Vierteljahrsschrift 15, 394 f.; Ficker, Das Eigentum des Reiches am Reichskirchengute (in den Sitzungsberichten der Wiener Academie, phil.-histor. Klasse) 72, 55 ff., 381 ff.; Schröder, Die Franken und ihr Recht (vgl. Citat zu No. 16), 82.

In nomine sanctę et individuę Trinitatis. Notum sit universitati fidelium tam futurorum quam presentium, quia ego Arnoldus, licet

indignus, Dei tamen voluntate qui omnia ordinat quomodo vult et ubi vult et cum quibus vult provisor Porcetensis cenobii[1]), cum primum suscepissem pastoralis regiminis curam, nichil preciosius lucro animę fore prospiciens, sollicite tum pro me tum pro meorum necessitate fratrum cępi cogitare, quatenus in emolumento utriusque hominis fructum perciperem laboris. Unde videns tenuitatem redituum nostrorum non satis sufficientium ad usus fratrum nostrorum in cenobio nostro Deo militantium, adaugere eos in usus tam presentium quam futurorum laboravi, ut inde mihi ęternorum merces succresceret premiorum. Interea accidit filios cuiusdam Willelmi de Wilra sancti Dionisii cum aliis coheredibus eorum possessionem quandam quatuor mansuum in Harleis adiacentem allodio ecclesię nostrę in villa nostra Vile voluisse vendere, quam et predecessores eorum a quodam libero viro, scilicet Herimanno de Sleida, libere emerant. Eos itaque conveniens prefatos quatuor mansus cum omni functione iuris, quo ipsi possidebant atque predictus Herimanus, ab ipsis quippe filiis Willelmi, scilicet Machario, Alberto et Giselberto et Heinrico, et a coheredibus eorum item Machario filio Sapientię et Gerardo de Rode sororio Willelmi et Macharii, datis 40 marcis libera et incontradictoria emptione comparavi, eosque omnes in altari sancti Johannis Baptistę, patroni nostri, resignare feci. Preterea usucapium possessionis huius, quod theotonica exprimitur lingua *sala*, quod ipsi quidem, quia liberi non erant verum ministeriales ducis Henrici de Limburch, usucapere a prefato libero et nobili viro nequibant, immo dominus eorum in usus ipsorum susceperat[2]), ut ecclesia nostra ex integro possideret quod suum futurum erat, ab ipso domino duce 4 marcis redemi fideiesque domini imperatoris cuius dicioni subicimur, videlicet dominum Stephanum prępositum sancti Adalberti et decanum ecclesię sanctę Marię Aquisgrani, Ricolfum iudicem Aquensem, Warnerum de Rode, Anselmum de Dure, in dicionem domini imperatoris, rata legatione legatorum bonorum, cum iure usucapii suscipere feci, ut hęc actio eo firmior fieret. Quod ne aliquid impedimenti de cetero pullulare valeret, prenotatum nobilem Herimannum cum filiis suis, data sibi dimidia marca[3]), quicquid iuris in prefata possessione videbatur posse habere in altari sancti Johannis Baptistę ex integro feci resignare. Quia igitur hanc possessionem labore nostro contraximus, utile aliquod commodum animę meę facere volens, fratribus nostris, quia domestici erant fidei, in caritatem contradidi: ea quidem constitutione, ut in singulis sabbatis anni in honorem Dei genitricis exinde habeant consolationem mediaque pars redituum ex prefata possessione exeuntium transeat ad hospitale pauperum in elemosinam animę meę et fratrum meorum, ut ipsa oret pro nobis ad Dominum. Ipsi vero fratres in recompensationem huius elemosinę hoc Deo et beatę Dei genitrici promiserunt firma et perpetua promissione ex humilitatis meę

---

[1]) *Reichsabtei Burtscheid bei Achen; bis 1222 mit Benedictinern, von da an mit Cistercienserinnen besetzt.* — [2]) *Sala ist hier das freie Eigentumsrecht, die Erklärung dieser Stelle bei* Zoepfl, *Deutsche Rechtsgeschichte (4. Aufl.) 3, 187, Note 6 b ist unrichtig.* — [3]) *vgl. No. 98.*

peticione, de cetero omnibus sabbatis missam in honorem beatę virginis et Dei genitricis celebrare, sive in conventu sive extra conventum, hocque posteris suis devota successione atque successiva devotione relinquere. Ut autem hęc constitutio utrobique in posterum rata et inconvulsa permaneat, scripto et sigillo nostro confirmavimus atque, annuentibus et rogantibus fratribus, infractorem utriusque constitutionis ęternę dampnationis anathemate cum Dathan et Abiron[1]) percussimus. Acta sunt hęc anno incarnationis dominicę 1179, in presentia fratrum subscriptorum: Zacharię prioris, Sibodonis senioris, Alberti custodis, Lamberti, Hedenrici, Teoderici, Reineri, Julini, Christiandi et ceterorum, papante in unitate ecclesię Alexandro summo pontifice, imperante Friderico Romanorum augusto, presidente Colonię domino Philippo archipresule.

108. (82.) *Auflösung einer Ehe wegen error conditionis. Das Kind folgt der ärgeren Hand. Freilassung. Ergebung in Hörigkeit.* (vor 1190.)

Urkundenbuch des Landes ob der Enns 1, 371, Traditiones Richerspergenses, No. 161.

Notum habeant Christi fideles, tam futuri quam presentes, quod Wernherus, fundator loci istius, tradidit ad altare sancti Michahelis Rudpertum ad omnimodam proprietatem. Qui volens accipere uxorem, consilio ac auxilio amicorum obtinuit, ut nobilem[2]) quandam acciperet, nomine Diemuodam, tamquam et ipse esset liber. Qui simul in pace manserunt, donec illa rimota[3]) omni dubitacione rescivit, quod ille proprius esset ecclesie. Et illa recedens ab eo dolensque quod decepta fuerit, reversa est ad amicos nec ultra redire ad eum destinavit, donec coram preposito loci ipsius domino Gerhoho et domino Regingero sic ad integrum terminatum est, ut illa eo pacto rediret ad eum, quod filiorum quem vellet, primum vel ultimum, dimitterent liberum. Et illa elegit ultimum. Quorum filiorum ultimus erat femina, Richilt nomine. Huius rei sunt testes: Mainso de Vihusen, Pecel de familia ecclesie, Engelfridus de Antesenhoven et frater eius Anwicus de Wilbach, Geroldus de eodem loco, Merboto de Marcelinesbach, Otto de Munstur. Que Richildis, cum sic esset libera, tradidit se cum omni posteritate sua ad altare sancti Michahelis ad 5 denariorum censum. Huius rei testes sunt: Uodalscalchus, Rawinus, Peritoldus, omnes de Tobele, Wolfpertus faber, Meingozus et Gotscalcus frater ipsius mulieris, Perihtoldus cognomento Pelch et alii.

---

[1]) *vgl. 4. Buch Moses, cap. 16.* — [2]) nobilis *bedeutet hier einfach frei.* — [3]) *die Vorlage hat* rimata.

109. (83.) *Erwerb einer Mautgerechtigkeit durch dreissigjährige Verjährung, erwiesen durch Siebenerzeugniss.* 1190, Juni 17.

Urkundenbuch des Landes ob der Enns 1, 388, Traditiones Richerspergenses No. 200. Vgl. Laband, Vermögensrechtliche Klagen, 166 ff.; Heusler, Gewere, 224 ff., 274 ff.

Notum sit omnibus Christi fidelibus, quomodo anno ab incarnatione Domini 1190, domino Gerloho ecclesiae Richerspergensis prepositura agente, iusticia ipsius ecclesie in Ascha, que vulgo *mûta* dicitur, quia iam per decem annos iniuste abalienata fuerat, est requisita. Siquidem cum per triginta annos sine lite, nemine contradicente, liberam ibi transvectionem habuisset, eo quod contigua essent et terra et aqua in predio ecclesie, postea fere per decem annos ex neglientia providentium in ius usurpata est alienum, donec predictus Gerlohus prepositus incipiens contradicere, vocatus in iudicium in publico concilio hanc accepit sententiam, ut, si vellet optinere ipsam *mûtam* ad ecclesiam suam pertinere, hoc septem idoneis testibus eum probare oportere. Acceptam itaque sententiam executus, statuto die 16. kalendas Iulii eiusdem anni testes cause produxit, quorum ista sunt nomina: Chunradus Ruoghalm, Willehalm de Geilespach, Egen de Posenpac, Volcholt et filius eius Alram, Waltherus de Ascha, Egen de Chalinge.

110. (85.) *Verleihung eines Weinberges zu Erbzinsrecht, mit Individualsuccession und unter Vorbehalt des Vorkaufsrechtes für den Zinsherrn.* 1204.

Beyer, Urkundenbuch der mittelrheinischen Territorien 2, 260. No. 221. Vgl. daselbst 1, 594, No. 536 und 2, 223, No. 186; Lamprecht, Beiträge zur Geschichte des französischen Wirthschaftslebens in 11. Jahrhundert (Staats- und Socialwissenschaftliche Forschungen, herausgegeben von G. Schmoller 1, 3), 64 ff.

Conradus Dei gratia maior prepositus, Wilhelmus decanus totusque maioris ecclesie Trevereusis conventus universis Christi fidelibus, ad quos scriptum istud pervenerit, tam futuris quam presentibus, in perpetuum. Maiorum nostrorum prudentiam imitati dignum duximus veritatis notam scripto committere, quam ad posterorum nostrorum notitiam decrevimus reservare. Notum itaque sit universitati vestre, quod nos de communi capituli nostri consensu Elmenrico civi Treverensi quandam terram incultam in Ruselingrove, ad nostram ecclesiam spectantem, ad vineam plantandam et excolendam et suis post eum heredibus iure hereditario habendam sub annuali censu concessimus. Hanc autem inter ecclesiam nostram et prefatum civem seu suum heredem ordinationem observandam statuimus, quod annuatim usque ad quatuor annos iam dictus civis Elmenricus sive suus heres quinque solidos in festo beati Martini super memorata terra refectorii nostri administratori reddere tenetur, in quinto vero anno et deinceps a pre-

fato cive sive suo herede ama una vini cum claustrali mensura super eadem terra prenotato amministratori annuatim reddetur aut, si vinum defecerit, 10 solidi pro ama vini in festo beati Martini solventur. Hoc etiam adnectere curavimus, quod pretaxata hereditas non in plures heredes dividetur, sed integra a sola persona memoratus census persolvetur. Insuper si sepedictus Elmenricus sive suus heres prenotatam hereditatem sibi alienare et vendere volet, hoc primum ecclesie nostre evidenter denuntiabit, et si nec ad opus ecclesie nostre nec ad opus cuiusquam fratrum nostrorum inter fratres capituli nostri emptorem invenerit, cuicunque alii volet vendendi liberam potestatem habebit. Ad hec prefatus Elmenricus universi iuris, quod in memorata terra habebat, genero suo Godefrido et filie sue Elizabeth contulit integritatem. Ad huius autem facti veritatem certius memorandam, sigilli nostri et sigilli civium Treverensium imaginem huic scripto testimoniali fecimus appendi et nomina testium, coram quibus hoc tractatum et approbatum fuit, annotari. Testes: Conradus maior prepositus, Willelmus decanus, Johannes cantor, Cono, Henricus, Lampertus, Hermannus, Thomas, Titmarus et alii quam plures; scabini: Herbordus, Sistappus, Wezelo, Warnerus, Bartholomeus; ministeriales ecclesie: Wezelo, Gerongus, Henricus Hain, Alexander. Factum est autem hoc dominicae incarnationis anno 1204.

111. (86.) *Eigentumserwerb durch Trockenlegung von Ländereien. Novalzehnten.* (1212.)

Van den Bergh, Oorkondenboek van Holland en Zeeland 1, 134, No. 227.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Ego Wilhelmus Dei gratia Hollandensis comes indubitatum esse volo tam presentibus et futuris quod sequitur. Tempore fratris mei Theoderici comitis deliberato consilio virorum prudentum factus est agger a Berghen usque Alkmer ad excludendas aquas, que influebant et agriculturam acredine fossorum fluctuum minus fertilem reddebant, sed multis deinceps causis ingruentibus opus illud neglectui datum est. Ego igitur propitiante Deo fratri succedens, neglecte utilitati providens, aggerem predictum redintegrare et perfici constitui, quicquid autem sub aquarum alluvione latuerat, si ad cultum perveniret, nostre proprietati mancipatum erat. Et ego, monitu divine retributionis, in absolucionem peccatorum meorum firma concessione contradidi et obtuli sancto Adalberto ad utilitatem ministrorum eius ab Aremersweth usque Wimnemersweth quicquid ab aquis exsurgeret et ad novalia vel pascua perficeretur; ceterum quaquaversum Hecmundense monasterium decimam habebat predicte noviter emergentis terre, que *slick* vocatur, si excoletur, decimam sancto Adalberto firmiter contradidi. Ad cuius facti corroborationem et attestationem presens scriptum sigillo meo firmavi, attestante Lubberto abbate et tota congregatione fratrum, testibus Wilhelmo de Thelinke, Simone de Hairlem, Isbrando de

Hairlem, Jacobo castellano de Leithen, Arnoldo de Riswike, Wilhelmo de Egmonde, Otgero dapifero, Florencio de Wurth, Jacobo de Riswike et multis aliis.

112. (87.) *Satzung mit Nebenabreden über die Einlösung. Vertragsmässiges Vorkaufsrecht zu Gunsten des Satzungsnehmers. Symbolische Investitur.* (um 1212.)

Monumenta Boica 3, 330, No. 16. Vgl. von Meibom, Das deutsche Pfandrecht, 264 ff., 341—346, 318 ff.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Lodwicus Dei gratia Bawarie dux. Notum facimus universis Christi fidelibus, tam presentibus quam futuris, qualiter quidam fidelis noster, ministerialis regni, predium quod habuit in Ubrachen, cultum et incultum, quesitum et inquirendum, simul cum hominibus adtinentibus ad idem predium in manus nostras coram vasallis nostris et ministerialibus deposuit, ecclesie beati Pancratii martiris in Ranshoven protegendum[1]) tam diu, donec ipse regni qui dicitur Pubo de Lozenchirichen ministerialis pecuniam 50 librarum, quam ab eis recepit, in integrum eis restituat, fratribus nimirum ibidem tunc Deo servientibus. Erit autem moneta illius temporis inter quatuor meliore[2]). Quodsi solvere voluerit prefatum predium, sine dolo et de proprio faciet. Si vero vendere voluerit, potestatem non habebit, nisi primum prefate ecclesie hoc offerat, ut fratres ei pecuniam, quam aliunde sibi offerre certificaret pro comparando predio, si velint tribuant. Tempus autem debite solutionis erit in purificatione sancte Marie, quo peracto, si ipse postmodum solvere voluerit, tamen fructus illius anni usui ecclesie remanebit. Constat autem, quod prefatus Babo idem predium eodem tenore in predicta ecclesia super altare sancti Pancratii martiris tradidit, coram positis matre sua Leukarde et uxore sua Gertrude et simul unanimem consensum prebentibus. Ad hec accessit Heinricus filius eius ceterique filii sui.

113. (88.) *Todsatzung. Jährliche Schätzung der Einkünfte aus dem Pfande. Versprechen des Pfandgebers, dieselben auf bestimmter Höhe zu erhalten.* 1214, Anfangs Februar.

Lacomblet, Urkundenbuch für die Geschichte des Niederrheins 2, 24, No. 46. Vgl. die Citate zu No. 112 und von Meibom, Das deutsche Pfandrecht, 398 f.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Lutharius comes, Methildis comitissa de Hostaden omnibus Christi fidelibus hoc scriptum

---

[1]) *Herzog Ludwig war Schirmvogt der Kirche.* — [2]) *diese Bestimmung dürfte wol so zu verstehen sein, dass dem Gläubiger gestattet wird, unter vier vom Schuldner zur Zahlung vorgeschlagenen Münzsorten eine zu wählen.*

inspecturis iustitiam et veritatem custodire. Notum facimus tam presentis quam future posteritatis hominibus, quod nos quandam curtem in villa que dicitur Wievelinchovin cum quibusdam suis attinentiis, videlicet agris, silvis et pratis cenobio Knechstedensi[1]) pro centum marcis obligavimus: eo videlicet pacto, ut curtis predicta prefato monasterio tamdiu serviat, donec ecclesia nominata centum marcas ad plenum resumat. Adiecimus quoque, quod estimatio perceptorum fieri debeat cum fidelibus nostris singulis annis circa festum purificationis; quodsi ecclesia in percipiendis proventibus medio tempore in aliqua parte lesa fuerit vel mutilata, per instantiam fideiussorum de aliis nostris reditibus ecclesie iam sepedicte debet resarciri. Fideiussores sunt huius contractus: Henricus burgravius de Are cum filio suo, Volkoldus castellanus ibidem, Joannes Sumir, Thomas dapifer ibidem, Theodericus Schechere ibidem, Reinerus dapifer de Hostadin, Godefridus burgravius ibidem, Udolfus et Gilo fratres de Culin, Heribrordus de Elrode, Sibodo de Duttilsdorp, Wolbertus et Engilbertus fratres Berefreit. Acta sunt hec anno incarnationis dominice 1214, circa festum purificationis.

114. (89.) *Ausschluss der Haftung für anvertrautes Gut bei unverschuldetem Verlust.* (1215), April 25.

Oberstrichterliche Entscheidung des Landgrafen von Thüringen, im Urkundenbuch des historischen Vereins für Niedersachsen, Heft 3, 77, No. 88. Vgl. Stobbe, Zur Geschichte des deutschen Vertragsrechts, 218 ff.; Laband, Vermögensrechtliche Klagen, 66 ff.

Hermannus, Dei gratia Thuringiae lantgravius et Saxoniae comes palatinus, dilectis suis Ludovico de Lare et Alberto de Clettenberg, comitibus, omnibusque hanc cedulam inspecturis salutem et omne bonum. Veniens ad praesentiam nostram dilectus noster venerabilis abbas de Walkenrid, exposuit nobis, quod quidam homines in iuridictione vestra constituti pannos suos ad fullandum[2]) et alias res ad servandum in grangiis abbatiae suae deposuerunt, quae a quibusdam malitiosis hominibus simul cum propriis rebus inibi nocte violenter ablata fuerunt, cumque super hiis reddendis abbati quaestio coram vobis moveretur, ad iudicium nostrum calculus sententiae servabatur, quam per advocatum, videlicet dominum Albertum de Droiceke, expetivit, dictante ipsam domino Alberone de Vigbike: videlicet praefatum abbatem restituendis rebus ablatis non teneri, non obstante eo, quod mercedem pro fullando acceperunt. Hanc sententiam multi nobiles qui subscripti sunt approbaverunt: comes Adolfus de Scowenborg, Burchardus comes de Mansvelt, Gunterus comes de Kevernberg, Fridericus comes de Bigelinge, Heinricus comes de Stalberg, Manegoldus de Tannenrot et filius suus Conradus, Hermannus advocatus

---

[1]) *Benediktinerabtei Knechtsteden bei Köln.* — [2]) *walken.*

de Saleche, Heinricus de Hagen; ministeriales: Erenfridus advocatus de Novo Castro, Heinricus marscalcus, Rudolfus pincerna, Gunterus dapifer, Hegelolfus, Hermannus et alii quam plures tam nobiles quam ministeriales. Datum sabbato in albis paschae, in Novo Castro.

115. (90.) *Oeffentliche Versteigerung kirchlicher Kleinode.* 1216.

Ennen und Eckertz, Quellen zur Geschichte der Stadt Köln 2, 64, No. 54.

Conradus, maior in Colonia decanus et archidiaconus, totumque capitulum sancte Coloniensis ecclesie universis presentes literas inspecturis in Domino salutem. Noveritis, quod nos tam de approbacione reverendi patris Engelberti, electi nostri, quam de communi assensu fratrum nostrorum vendidimus pro evidenti neccessitate ecclesie nostre venerabilibus viris capitulo Parisiensi vas quoddam aureum, ecclesie nostre minus necessarium, gemmatum exterius, in modum calicis factum, cum quibusdam laminis aureis, ponderis circiter 21 marche, pro 360 libris Parisiensis monete, cum a nemine plus offerretur, licet publice venale a nobis fuisset expositum. Quam pecuniam integre recepimus per manus F. abbatis sancti Victoris Parisiensis et in utilitatem ecclesie nostre convertimus. Promittimus autem eidem capitulo Parisiensi, nos eos indempnes et omnino conservare ab omni vicio et evictione. In cuius rei testimonium presentes literas sigilli nostri fecimus impressione roborari. Actum anno gracie 1216 et publice recitatum in capitulo nostro, vocatis fratribus nostris qui commode poterant evocari.

116. (91.) *Vollmacht eines Kreuzfahrers für seine Ehefrau. Ausschliessung der Beschränkungen des Verfangenschaftsrechts durch Vertrag während der Ehe ohne Beispruchsrecht der Kinder.* 1218.

Ennen und Eckertz, Quellen zur Geschichte der Stadt Köln 2, 74, No. 61. Vgl. Schröder, Geschichte des ehelichen Güterrechts 2, 2, 37, 40 f., 251, 255.

Notum sit tam futuris quam presentibus, quod Renardus de Aquis cum uxore sua Heilewige coram iudicibus in iudicio presentibus, scabinis et officialibus sancti Martini ita convenit, quod Heilewigis predicta quicquid cum domo et area sita in fine versus monetam, que olim fuit Anselmi de Durin, post dominicam proximam festo beati Gereonis absque marito suo Renardo agere voluerit, ipsi licebit et tamquam Renardo presente et per manum eius factum fuerit, ratum erit. Si vero Renardus predictus de terra Jherusalem reversus fuerit et predictam Heilewigim mortuam invenerit, et predictam domum et

aream neque alienatam neque dispositam similiter invenerit, liberam habebit potestatem, prescriptam domum cum area absque manu puerorum Renardi et Heilewigis quocumque voluerit divertendi et hoc, tamquam ipsa Heilewige presente et per manum eius factum fuerit, ratum habebitur et hoc officiales de iure obtinebunt. Acta sunt hec anno dominice incarnationis 1218.

117. (92.) *Teilung einer Almende.* (1218—1225.)

Lacomblet, Urkundenbuch für die Geschichte des Niederrheins 2, 68, No. 129. Vgl. Thudichum, Gau- und Markverfassung, 299.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Engilbertus, Dei gratia sancte Coloniensis ecclesie archiepiscopus, omnibus in perpetuum. Notum sit universis tam futuris quam presentibus, quod provisores ecclesie in Mere[1]), scilicet Wicmannus prior et Godescalcus cellerarius, de consensu conventus cum hominibus ville que Turre dicitur et assensu dominorum ipsorum ita convenerunt, quod placuit tam fratribus predictis quam hominibus ville prenominate, ut quandam silvam indivisam, cuius medietas Merensi attinet ecclesie et medietas hominibus de Turre, dividerent. Fratres igitur prenominati dictam silvam in presentia hominum discretorum, prout melius et discretius potuerunt, dividebant, hominibus de Turre in partibus divisis eligendi libertatem concedentes[2]), in divisione talem considerantes utilitatem, ut post divisionem et alterius partis electionem, omni discordia exclusa, Merensis ecclesia in silva suam partem cum omni utilitate tam glandium quam aliorum proventuum haberet ab altera parte separata, et homines de Turre versa vice quamcunque partem in silva eligerent sine Merensium fratrum gravamine in pace possiderent, viis et semitis ac pascuis sicut hactenus ita deinceps manentibus communibus. Placuit etiam, ut utriusque partis oves a festo beati Martini usque in pascha silvam intrarent. Facta divisione, homines de Turre iam sepius nominati superiorem partem silve, illam scilicet que est versus Nusiam elegerunt, Merensi ecclesie partem relinquentes inferiorem. Nos vero tam rationabili divisioni assensum prebentes, factum ipsius divisionis auctoritate beati Petri et nostra confirmamus, sub anathemate precipientes, ne quisquam in posterum presumat aut audeat infringere factum eiusdem divisionis; scriptum quoque super eadem divisione contextum sigilli nostri appensione auctorizamus, testimonium virorum idoneorum invocantes. Testes igitur sunt: Wichmannus prior, Godescalcus cellerarius, Reinerus subcellerarius, Gerardus magister curie; milites: Theodericus de Coslar, Arnoldus de Budberg, Godefridus Knouph, Iwanus de Budderich et fratres sui Jonatas et Gervasius, Adolfus de Scakena et fratres sui, Theodericus de Turre et alii viri honesti.

---

[1]) *Meer bei Neuss.* — [2]) *nach dem bekannten Grundsatze bei Erbteilungen: der ältere soll teilen, der jüngere soll kiesen; vgl. Sachsensp. III, 28, 2 und Weistum von Fankel (bei* Grimm, *Weistümer 6, 535)* § *2.*

118.* *Feststellung einer Traufgerechtigkeit durch Gerichtsurteil.* 1221.

Eltester und Goerz, Urkundenbuch der mittelrheinischen Territorien 3, 152, No. 177.

Ut obstruatur os loquentium iniqua et fingentium veritati contraria, sani capitis est ea, que rationabiliter geruntur, scripti testimonio committere. Unde ego, frater Waltherus, provisor ecclesie sancte Marie, litteris commendare studui, quod domum emptam a Wasmudo et suis heredibus iure proprietario nobis mancipatam[1]) suscepimus. Quidam vero, Baldewinus et Herbrandus et eorum heredes, contiguam habentes nostre domui domum, manum inquietudinis nobis imposuerunt, asserentes compluvium et stillicidium domus nostre non debere madidare[2]) extremum tecti domus sue, sed per canale esse deducendam aquam pluvialem. Quare lite diu habita, is qui nobis vendiderat domum, obtinuit iuramento coram ordine iudiciario, libere debere ad ima defluere prefate domus stillicidium, et hec decisio contentionis facta est coram sculteto L. et scabinis civitatis et omni populo. Super hoc facto fecit scultetus bannum domini regis, ne quis hoc factum infringere presumat, et sigilli munimine civitatis consignavimus. Huius rei testes sunt: Ludewicus scultetus, Cunradus thelonearius, ...[3]) Anno incarnationis Domini 1221 acta sunt hec.

119.* *Schuldversprechen des Käufers wegen rückständiger Kaufgelder. Sicherstellung des Verkäufers durch Uebergabe des Kaufobjects an den Landesherrn zu treuer Hand, sowie durch Einlager und Bürgen.* 1222, November 28.

Van den Bergh, Oorkondenboek van Holland en Zeeland 1, 160, No. 278. Vgl. Stobbe, Zur Geschichte des deutschen Vertragsrechts, 178 ff.; R. Löning, Der Vertragsbruch, 239 ff.; Le Fort, L'otage conventionnel in der Revue de législation, Jahrg. 1874, 408—433.

Ego Florentius, Dei gratia comes Hollandie et Zelandie, notum fieri volo universis presens scriptum inspecturis, quod Wulfardus de Burgh et Thankardus de Welle pro quadam summa pecunie, scilicet 500 marcis, quas debent ecclesie de Dunis de terra sua que dicitur Wulmarsward[4]), coram me et hominibus meis ad solvendam dictam pecuniam fide interposita in hunc modum se obligaverunt. In primis 100 marcas infra 12 dies natalis Domini absque ulla contradictione seu dilatione fideliter solvere promiserunt, 200 vero marcas quandocunque abbas sive ecclesia de Dunis necessarium duxerit, quod sine

---

[1]) *die Vorlage hat* mancipatum. — [2]) *die Vorlage hat* maclidare. — [3]) *es folgen die Namen von 11 Schöffen zu Boppard und von 6 anderen Zeugen.* — [4]) *die Abtei Dunes (Losdunes) hatte ihnen den Werder verkauft. In einer Urkunde vom 15. Juni 1223 (a. a. O. 1, 163, No. 280) verzichteten verschiedene Personen auf die Geltendmachung ihres Näherrechts bei dieser Gelegenheit:* guerpiverunt quicquid iuris se habere putabant in propinquitate venditionis curie de Wardo, que quondam fuit monachorum de Dunis, et quitos clamaverunt dictos fratres propinquitate emptionis dicte terre.

damno differre non potuerit vel voluerit, absque mora solvere tenebuntur. Si autem solvere parati non fuerint, cum nuncius abbatis cum litteris eius ad eos venerit, si ipse nuncius ex parte abbatis iusserit, statim cum eo ire debebunt, ubi ei melius visum fuerit, sive Brugis sive apud Mildelburgh[1]), et dictam pecuniam quomodo melius potuerint acquirent, se ipsos impignorando, inde non exituri, donec tam de capitali debito quam de custo abbati plenario fuerit satisfactum. Solutio vero istarum 200 marcarum et tocius custi ex integro perfici debet infra festum sancti Petri ad vinculum[2]). Item 200 marcas solvere debent in pascha. Porro ut de hiis omnibus certior sit dicta ecclesia et indemnis maneat, dicti Wulfardus et Thankardus totam terram de Ward cum omni decima in manus meas contulerunt, ut omnes proventus tam ipsius terre quam decime ex integro auctoritate dominii mei conserventur et ipso conventionis iure et potestate mea in usus sepedicte ecclesie convertantur, donec de totali summa dicte pecunie et toto custo eidem ecclesie ex integro fuerit satisfactum. Ut autem moris est, sepedicti Wulfardus et Thankardus fideiussores pro se dederunt, quorum nomina sunt hec . . . .[3]). Isti omnes, si dicti Wulfardus et Thankardus descriptam conventionem violaverint, eandem observare tenebuntur. Super omnia hec rogatus ab ipsis me fideiussorem huius conventionis constitui, et ad omnia que prescripta sunt efficaciter observanda quotiens necesse fuerit paratus ero. Ut autem hec omnia firmitatem et robur obtineant, sigilli mei appensione et testium subscriptione munire curavi. Testes . . . [4]). Actum anno Domini 1222., in claustro de Crabbendica, 4. kalendis Decembris.

120.* *Gerichtliche Ermächtigung zum Verkaufe verfangener Güter.* 1225, Februar 12.

Eltester und Goerz, Urkundenbuch der mittelrheinischen Territorien 3, 200. No. 240. Vgl. Schröder, Geschichte des ehelichen Güterrechts 2, 2, 102, 182, 187 f.

Notum sit universis tam presentibus quam futuris presens scriptum inspecturis, quod Gertrudis vidua accedens in iudicium coram me Lodewico de Ponte, videlicet tunc temporis sculteto, presentibus universis scabinis civitatis Treverensis, allegans ibidem corporis necessitatem, a nobis per sentenciam certificari postulavit, si domum suam retro Templum prope domum Lodewici Pape sitam vendere posset, cum ad hoc corporis necessitate compelleretur. Cui a scabinis per sentenciam coram nobis iudicatum est: cum ipsa Gertrudis nullum heredem nec aliquem proximum affinitate sanguinis haberet, qui eidem Gertrudi in necessariis corporis provideret, quod dictam domum bene vendere posset, non obstante alicuius contradictione. Quam

[1]) *statt* Middelburgh. — [2]) *August 1.* — [3]) *es folgen 12 Namen.* — [4]) *es folgen die Zeugen.*

domum Anselmus et Warnerus in presentia nostra sibi et suis coheredibus erga sepedictam Gertrudem, presentibus et consentientibus filiis eius, Lodewico videlicet et Lamberto, et omnibus aliis quorum assensus in hac parte fuerat requirendus, emptionis titulo compararunt, qui omni iuri suo et occasioni que ab ipsis posset emergi in futuro super premissa venditione coram nobis abrenunciarunt. Et ne oblivio huic facto aliquatenus in posterum valeat novercari, presentem paginam inde conscriptam sigillo civitatis Treverensis et nominibus testium qui interfuerunt memoratis Anselmo et Warnero in testimonium duximus roborandam. Actum anno Domini 1225, in cathedra Petri. Testes scabini . . . .[1]).

121.* *Gegenseitiger Erbeinsetzungsvertrag unter Ehegatten.* (1225—1233.)

Eltester und Goerz, Urkundenbuch der mittelrheinschen Territorien 3, 224, No. 276. Vgl. Beseler, Erbverträge, 1, 184 ff.

Notum sit omnibus tam presentibus quam futuris presens scriptum inspecturis, quod ego Wezelo faber de Urley, civis Treverensis, et uxor mea Richza legitima de proprio nostre voluntatis arbitrio coram Gerbrando tunc temporis sculteto et universis scabinis in pleno iudicio arbitrati sumus: quod, si me vivente eam mori contigerit, universe hereditatis sue que ipsam hereditario iure contingit[2]), rerum mobilium et immobilium, et que ad presens habet vel ea que adhuc se sperat acquisituram, me constituit heredem; ego vero Wezelo, si decedero ipsa Richza uxore mea vivente, totius hereditatis mee que me hereditarie contingit, rerum mobilium et immobilium, et que ad presens habeo vel ea que adhuc me spero acquisiturum, sepedictam Richzam constituo heredem. Et ne super his imposterum aliqua calumnia possit suboriri, presentem scedulam testium nominibus et sigillo civitatis Trevirensis fecimus communiri. Huius rei testes sunt: Gerbrandus scultelus, Warnerus advocatus, . . .[3]).

122. (94.) *Vermietung eines Kellers gegen Vorausbezahlung des Mietzinses.* 1229.

Kölner Schreinsbucheintrag bei Ennen und Eckertz, Quellen zur Geschichte der Stadt Köln 2, 120, No. 113.

Notum sit tam futuris quam presentibus, quod Jacobus, filius Godefridi advocati de Wistubbe, cum consensu fratris sui Godefridi et uxoris sue . . .[4]) concessit Bertolfo et uxori sue Hadewigi cellarium situm inter venditores pannorum sub cubiculo in quo stat Bruno Schonewedir, contiguum platee que dicitur Rubingazze, versus mone-

---

[1]) *es folgen 13 Namen.* — [2]) *die Vorlage hat* contigit. — [3]) *es folgen noch 14 Namen.* — [4]) *der Name fehlt.*

tam, de nativitate Domini ad octo annos habendam. Actum anno gracie 1229. Et hoc eis officiales iure obtinebunt. Et sciendum, quod idem Bertolfus et uxor eius Hadewigis totalem censum predicto Jacobo de predictis octo annis in antea persolverunt.

123. (95.) *Kölner Ehevertrag mit Festsetzung allgemeiner Gütergemeinschaft für den Fall der Kinderlosigkeit und Beibehaltung des gesetzlichen Rechtes für den Fall beerbter Ehe, unter Vereinbarung besonderer Modalitäten für den Fall der Auflösung der Ehe wegen zu naher Verwandtschaft der Ehegatten. Verfangenschaft. Erbverzicht.* 1232.

Ennen und Eckertz, Quellen zur Geschichte der Stadt Köln 2, 133, No. 130. Vgl. Schröder, Geschichte des ehelichen Güterrechts 2, 2, 82 ff., 257 ff.

Notum sit tam futuris quam presentibus, quod Everardus et uxor eius Cristina de consilio cognatorum et amicorum utriusque partis unanimiter inter se convenerunt in hunc modum, quod Engilradis mater dicti Everardi, relicta Winrici[1]), contradidit et remisit filio suo Everardo et uxori sue Cristine domum cum area que sita est prope domum Iwani versus sanctum Stephanum, ante et retro, prout ibi iacet, ad omnes usus ipsorum habendam sub eo pacto, quod post mortem predicte Engilradis eandem hereditatem reicient, et de ipsa et de domo mansionis Winrici et Engilradis, parentum Everardi, que sita est prope ecclesiam sancti Albani . . . . sicut[2]) in omni hereditate, quam dicti Winricus et Engilradis reliquerunt, scilicet in domo que contigua est mansioni Winrici et Engilradis versus portam Martis, et domo sita in litore Reni prope domum Ricolfi de Bopardia versus Engcingazze, et domo pistorea sita inter domum Arnoldi Ungevngs et Hoinporcin, et duabus mansionibus sub uno tecto sitis in foro Grecorum prope domos Hermanni comitis versus sanctum Petrum, et in dimidietate omnium mansionum sub uno tecto sitarum prope domum Herimanni filii Eckeberti versus Hoinporcin, similiter et in dimidietate quatuor mansionum sub uno tecto sitarum[3]) in Spitza, tantum Everardus et uxor eius Cristina, quantum Herimannus, frater Everardi, et uxor eius Margareta secundum rectam divisionem obtinebunt. Econtra Cristina supradicta cum consensu et voluntate fratris sui Herimanni contradidit et remisit Everardo marito suo omnem hereditatem de morte parentum suorum Herimanni et Evece ad ipsam devolutam, ubicumque eam hereditarie in partitione attingit, scilicet quartam partem dimidietatis domus mansionis parentum suorum et quartam partem domus site prope domum Henrici Cleingedanc senioris, que

[1]) *im Original sind hier einige Worte unleserlich; das unzweifelhaft hier stehende* Everardi, relicta Winrici, *ist in der Vorlage nicht ergänzt.* — [2]) *unleserliche Stelle im Original,* sicut *ist ergänzt.* — [3]) *über solche Teilungen der Wohnungen vgl. Arnold, Zur Geschichte des Eigentums in den deutschen Städten, 49, 169 ff.*

vocatur Aquila, et quartam partem duarum mansionum sub uno tecto que opposite sunt domui Everardi Ganeweg, similiter et quartam partem domus site prope sanctum Kunibertum contigue domui Karoli filii Mauritii versus Renum et centum marcas mobilium cum suppellectili ipsam contingente. Tali condicione predicti Everardus et Cristina bona sua prescripta alter alteri contulit, si prolem genuerint et propter consanguinitatem ab invicem non fuerint separati, illius sint. Si vero prolem non habuerint et matrimonialiter insimul remanserint, uter eorum alterum supervixerit, omnia bona que nunc habent vel habituri fuerint, tam in hereditate quam mobilibus, liberam quocumque voluerit divertendi habebit potestatem. Sciendum itaque, si predictus Everardus et uxor eius Cristina infra terminum duorum annorum inchoantium in festo Bartholomei[1]) anni gratie 1232 propter lineam consanguinitatis ab invicem fuerint separati, Cristina omnem hereditatem suam et centum marcas mobilium cum sua suppellectili libere et absolute rehabebit pro sua voluntate divertendas, nisi forte prolem habuerint, que quartam partem omnium bonorum matris sue Cristine, tam in hereditate quam mobilibus, nec non et quartam partem omnium bonorum que pater eius Everardus habuerit, sine omni contradictione obtinebit. Post devolutionem vero predictorum duorum annorum, si forsan divortium factum fuerit inter ipsos et prolem habuerint, proles quartam partem omnium bonorum patris et matris, tam in hereditate quam mobilibus, sine omni contradictione obtinebit et relique tres partes eorundem bonorum Everardi et Cristine in duas partes sorte dividentur, quarum Everardus et Cristina uterque ipsorum dimidietatem percipiet. Similiter si ipsi tempore[2]) divortii, elapsis predictis duobus annis, sine prole fuerint, uterque ipsorum dimidietatem omnium bonorum, que tunc tam in hereditate quam mobilibus habuerint vel ad ipsos hereditarie devolvi poterit . . .[3]), sine omni contradictione quocumque voluerit liberam divertendi habebit facultatem. Insuper si Everardus et Cristina infra sepedictos duos annos propter consanguinitatem separati fuerint, idem Everardus uxori sue Cristine cum consensu et voluntate matris sue Engilradis omnem hereditatem de morte patris sui Winrici ad ipsum devolutam pro centum marcis ita obligavit, si infra tres menses ad longius post divortium inter ipsos factum predicte centum marce dicte Cristine non fuerint assignate, quod ipsa proprietatem totius hereditatis Everardi libere et absolute obtinebit. Sciendum itaque, quod predicti Everardus et Cristina super omnibus, que Herimannus frater Cristine tam in hereditate quam in mobilibus possidet, penitus effestucaverunt. Actum anno gratie 1232.

---

[1]) *August 24.* — [2]) *fehlt in der Vorlage.* — [3]) *im Original zwei Worte unleserlich.*

124. (96.) *Rückfall verfangener Güter an den überlebenden Elternteil durch Tod oder Verzicht der Kinder. Pfandsatzung. Miteigentum zu ideellen Teilen unter Miterben, mit gegenseitigem Beispruchsrecht (als Rest des Gesamteigentums).* 1233.

Kölner Schreinsbucheintrag bei Ennen und Eckertz, Quellen zur Geschichte der Stadt Köln 2, 144, No. 141. Vgl. Schröder, Geschichte des ehelichen Güterrechts 2, 2, § 15.

Notum sit, quod Godescalcus Overstolz de morte Gertrudis filie sue nonam partem octo mansionem sub uno tecto sitarum[1]) in curia que dicitur Ciderwalt et curie adiacentis de una platea usque ad aliam, sicut easdem Godescalcus in sua possidebat proprietate, similiter de morte Werneri filii sui aliam nonam partem octo predictarum mansionum et curie adiacentis ante et retro, nec non et nonam partem earundem octo mansionum, que Henricum filium suum, monachum sancti Martini, hereditario iure attingebat, item nonam partem predicte hereditatis, que Herimannum filium hereditario iure attingebat, similiter et nonam partem, que filiam suam Sophiam et maritum suum Henricum in sepedicta hereditate hereditarie attingebat, ita obtinuit, quod iure et sine contradictione dictas quinque partes prescriptorum puerorum suorum quocunque voluerit liberam divertendi habebit potestatem. Item notum sit, quod Godescalcus Overstolz contradidit et remisit filio suo Herimanno et uxori sue Methildi quartam partem octo mansionum sitarum sub uno tecto in curia que dicitur Ciderwalt versus sanctum Gereonem et quartam partem curie adiacentis de una platea usque ad aliam. Item notum sit, quod Godescalcus Overstolz contradidit et remisit filie sue Sophie et marito suo Henrico quartam partem octo mansionum sub uno tecto sitarum in curia que dicitur Ciderwalt versus sanctum Gereonem et quartam partem curie adiacentis. Insuper idem Godescalcus eis quartam partem alterius curie sue tamdiu in pignore posuit, quousque Godescalcus, canonicus sancti Andree, et Ricolfus, sancti Cuniberti, et Gerardus et Bruno, filii sui, super predicta quarta parte Henrici et Sophie ut iustum est effestucaverint, et eos indempnes ab omni impetitione reddat. Actum anno Domini 1233.

125. (97.) *Rechtliche Natur der Verfangenschaft.* (1234.)

Kölner Schreinsbucheintrag bei Ennen und Eckertz, Quellen zur Geschichte der Stadt Köln 2, 150, No. 147. Vgl. Schröder, Geschichte des ehelichen Güterrechts 2, 2, 82 f., 182—191, und in der Zeitschrift für Rechtsgeschichte 10, 440 f.

Notum, quod Theodericus, filius Hartmanni Gir, et uxor eius Elisabeth comparaverunt sibi erga Johannem de Patberg partem

[1]) *Vgl. S. 92, Anm. 3.*

suam curtis que dicitur Gurcenigerhof, ubicumque eum hereditarie in particione attingebat, ita quod iure et sine omni contradictione obtinebunt. Et sciendum, quod Agnes, uxor Wilhelmi burgravii de Nitecgin, usumfructum quem habebat in parte sua curtis que dicitur Gurcenigerhof, ad ipsam hereditarie devoluta, ad manus Theoderici Gir et uxoris sue Elisabeth penitus effestucavit, et Adolfus, filius dicte Agnetis, proprietatem suam, que ad ipsum[1]) hereditarie devoluta est in curti que dicitur Gurcenigerhof, ad manus Theoderici Gir et uxoris sue Elisabeth similiter effestucavit.

126. (101.) *Erbverzicht eines Klostergeistlichen.* 1241.

Kölner Schreinsbucheintrag bei Ennen und Eckertz, Quellen zur Geschichte der Stadt Köln 2, 222, No. 217. Vgl. Beseler, Erbverträge 2, 2, 215.

Notum sit tam futuris quam presentibus, quod Everhardus, qui fuerat filius Henrici dicti Rape et Cristine, cum abbate et conventu suo de Veteri Monte super omnibus, que predicti parentes eius tam in hereditate quam mobilibus et suppellectili habebant, ad manus fratrum et sororum predicti Everardi, videlicet Elisabeth et mariti sui Ludolfi Grin, Cristine et mariti sui Herimanni Iserinschouf, Conradi et Henrici, penitus effestucaverunt. Actum anno Domini 1241.

127. (102.) *Gerichtliche Erbteilung. Familienrat.* 1241.

Kölner Schreinsbucheintrag bei Ennen und Eckertz, Quellen zur Geschichte der Stadt Köln 2, 220, No. 215.

Notum sit tam futuris quam presentibus, quod, comparentibus in figura iudicii Herimanno de porta Martis post mortem parentum suorum Vugelonis (I[2]) et Gertrudis cum liberis suis, Gertrude relicta Vugelonis (II) fratris sui cum liberis suis, Cristina relicta Theoderici de Aurea Ove cum liberis suis, tutoribus etiam pupillorum cum cognatis de utraque linea comparentibus et iurantibus, quod divisio hereditatis ipsorum de consilio cognatorum et amicorum suorum inter ipsos facta utilior esset pupillis, quam si quilibet coheredum particulariter suam partem obtineret, Herimanno et Johanne, filiis Vugelonis (II), canonicis sancti Kuniberti, cum suis litis advocatis ibidem presentibus et divisioni facte consentientibus, sententia insuper scabinorum dictante, divisionem ipsam ratam esse debere et ubicumque partes divisionem ipsam scribi peterent, sive inter scabinos sive inter officiales, hoc ipsis denegari non posse, Cristina, relicta Theoderici de Aurea Ove in suam terciam partem[3]) per electionem[4]) obtinuit cum liberis suis, videlicet Johanna et marito suo Gerardo Flacco, Vuge-

[1]) *die Vorlage hat* ipsam. — [2]) *die römischen Ziffern sind zur bessern Unterscheidung hinzugefügt.* — [3]) *hinterher wird noch zweier Schwestern, Margarete und Johanna, gedacht, die aber, wie es scheint, schon abgefunden waren, während Herimann und Gertrud, die Witwe seines Bruders Vugelo II., noch in Gemeinschaft blieben.* — [4]) *vgl. S. 88, Anm. 2.*

lone (III), Theoderico et Gertrude cum marito suo Johanne dicto Cleinegedanc, domum sitam in foro que dicitur ad Leopardum, que contigua est domui ad Cornum versus sanctum Martinum, prout ibi iacet domus predicta, item domum sitam in fine nove platee, que dicitur domus Scapule, versus sanctum Martinum, similiter unam marcam reddituum hereditariam in domo sita in foro piscium super cellario ex opposito domus Gerardi Ovirstolz versus Renum, ita quod predicti pueri post mortem matris sue Cristine dictam hereditatem iure et sine omni contradictione equaliter obtinebunt. Et sciendum, quod cellarium situm sub terra ante domum supradictam, que domus Scapule dicitur, predictis Cristine et pueris suis in divisione ipsa ipsis cecidit. Insuper sciendum, quod Gertrudis, relicta Vugelonis (II), et pueri sui, Vugelo (IV) cum uxore sua Guderade, Theodericus cum uxore sua Elisabeth, Herimannus et Johannes, canonici sancti Kuniberti, Ulricus, Margareta cum marito suo Godeschalco Ovirstolz, Hadewigis et maritus eius Henricus Ovirstolz, Richmudis cum marito suo Ludewico, item Herimannus, frater Vugelonis (II) et Theoderici, cum pueris suis Vugelone (V), Gertrude, Alverade et Johanna, item Margareta, soror predictorum Vugelonis (II) et Theoderici et Herimanni, cum marito suo Constantino, item Johanna, soror ipsorum, cum filiis suis Waltelmo, Herimanno et Vugelone (VI), super predictis hereditatibus ad manus predicte Cristine et puerorum suorum penitus effestucaverunt. Actum anno Domini 1241.

128. (104.) *Ackerverteilung. Dreifelderwirtschaft.* 1247.

Monumenta Boica 11, 32, No. 20. Vgl. das 1. Citat zu No. 41 und Gierke, Das deutsche Genossenschaftsrecht 1, 62 ff.

Cum villa in Iserhoven sicut et alia predia in tota comitia de Pogen per Albertum comitem et suos inimicos ad hoc devenisset, quod agros et prata eiusdem predii, quia diu sine colonis extiterant, nullus sciret, et milites ac potentiores agros ville propinquos solummodo coluissent, remotioribus agris in vepres et spineta redactis, pace reddita ex morte comitis supradicti, rustici ecclesie et milites infeodati pro quantitate et limitibus contenderent, ego itaque Hermannus abbas[1]) per querimonias coram domino Ottone duce et suasiones diversas personas militares ad hoc induxi, quod ad sanctorum reliquias iuraverunt, se velle puram dicere veritatem, quantum quilibet ipsorum iuste possidere deberet. Quod et factum est, ut inferius continetur. Compromissum itaque fuit, ut maximus campus per funiculos[2]) mensuraretur, ille videlicet contra Auhalmingen, et cuilibet hube 12 iugera deputarentur, et quodlibet iugerum haberet 12 *pivange*[3]), atque sic primo infeodatis ipsorum partes distribuerentur, residuum vero totum ecclesie remaneret. Item, in quot partes maior campus divisus esset, in totidem partes secundus campus et tercius divideretur,

---

[1]) *der Abt des Klosters Niederalteich an der Donau.* — [2]) *vgl.* Mone, *Zeitschrift für die Geschichte des Oberrheins 5, 384.* — [3]) *das von den Furchen eingefasste Ackerbeet.*

licet cuilibet hube in eisdem posterioribus campis non possent cedere 12 iugera ut in primo. Inchoata est igitur ista particio camporum per Alwinum monachum scribentem, et fratrem Perhtoldum prepositum et Rudolfum officialem cum funiculis mensurantes, Hermannó abbate et populo comitante, anno Domini 1247.

129. (106.) *Bestellung einer Heimsteuer durch bedingte Investitur als Sicherstellung (Proprietätspfand, nantissement, engl. mortgage), Rückgabe des Pfandes an den Besteller zu Zinsrecht unter Verpflichtung desselben zur Einlösung auf Verlangen des Pfandnehmers. Pfandweise Auflassung eines Rentenlehns durch die Hand des Lehnsherrn.* 1249, Juli.

Warnkönig, Flandrische Staats- und Rechtsgeschichte 3 (Urkundenbuch), 152, No. 82. Vgl. Franken, Das französische Pfandrecht im Mittelalter 1, 143 ff., 175 ff., 205, 208; Brunner, Zur Rechtsgeschichte der römischen und germanischen Urkunde 1, 192 f.; derselbe in der Zeitschrift für das gesammte Handelsrecht 22, 541 ff.; Annalen des historischen Vereins für den Niederrhein, Heft 24, 161 ff.; von Meibom, Das deutsche Pfandrecht, 292—295.

Universis praesentes litteras inspecturis vel audituris Eustatius miles de Lederne, dominus de Ristune, et eius uxor Mathildis salutem in Domino. Noverint omnes, quod nos dedimus dilecto nostro Olivero, clerico[1]) de Aldenardo, in vero matrimonio et legitimo cum Aelide filia nostra omnes terras, tam arabiles quam inarabiles, cum pratis et pascuis ad easdem terras pertinentibus, iacentes in officio de Somerghem, cum mansu et aedificiis in loco quod vulgariter dicitur Bredebroech, factis ad praesens ibidem et faciendis, quae omnia resignavimus secundum legem et consuetudinem patriae in manus Soykini ballivi de Somerghem, effestucavimus et werpivimus praedicta bona ad opus dicti Oliveri et Aelidis eius uxoris, sub testimonio et in praesentia scabinorum dicti loci de Somerghem, qui ad hoc submoniti fuerunt et vocati. Quae etiam bona dictus Oliverus nobis contulit de manu sua tenenda, Aelide uxore sua praesente et consentiente, ita quod nos dicto Olivero singulis annis viginti et duas libras Flandrensis monetae in nativitate Domini de ipsis bonis persolvere tenemur; hoc adiecto, quod nos sive heredes nostri ab ipso Olivero et uxore sua Aelide praedicta, sive ab heredibus eorum, quamlibet libram pro decem libris Flandrensibus possumus absque contradictione redimere et acquitare. Praeterea debemus nos sive heredes nostri praedictas viginti et duas libras ab ipso Olivero et Aelide uxore sua, sive ab heredibus eorum, quamlibet libram de praedictis viginti duabus libris pro decem libris Flandrensibus, redimere, si dictus Oliverus vel eius heredes in meliores usus suos et ubi magis sibi viderint expedire de

[1]) *Schreiber; vgl.* Wattenbach, *Das Schriftwesen im Mittelalter, (2. Auflage), 358 f., 385.*

communi consilio ipsorum ad commodum eorum velint alibi ponere vel assignare pecuniam memoratam. Et ad hoc nos et heredes nostros obligamus. Dedimus etiam saepedicto Olivero clerico et eius uxori Aelidi octo libras Flandrenses annui reditus iacentis in parrochia de Kneslar, quas a domino de Wastina in feodum tenere dinoscimur, quas in manu dicti domini de Wastina resignavimus, effestucavimus et werpivimus ad opus dictorum Oliveri et Aelidis eius uxoris, sub testimonio et in praesentia hominum et scabinorum dicti domini de Wastina. Quas octo libras ipse dominus de Wastina contulit dicto Olivero clerico de se tenendas sub annuo censu sex denariorum Flandrensium sibi in nativitate Domini solvendorum. Et ut praedictum est, si praedictas octo libras ab ipso Olivero vel eius heredibus redimere velimus, licet nobis quamlibet libram pro decem libris Flandrensibus redimere et acquitare. In cuius rei testimonium et munimen praesentes litteras feci ego Eustacius sigilli mei appensione roborari. Et quia ego Mathildis proprium sigillum non habeo, sub sigillo domini mei et karissimi mariti mei domini Eustacii praedicti personam meam comprehendo. Actum anno Domini 1249, mense Julio.

130. (107.) *Veräusserung mit gesamter Hand. Voraussetzungen der Handlungsfähigkeit.* 1252, September 17.

Lacomblet, Urkundenbuch für die Geschichte des Niederrheins 2, 206, No. 384. Vgl. Schröder, Geschichte des ehelichen Güterrechts 2, 2, 38.

Notum sit universis presens scriptum inspecturis, quod cum nos, Henricus miles de Breitpach et uxor nostra Lucia, sani et incolumes corpore existeremus, ita quod ire, stare et equitare possemus, de libero nostro arbitrio et voluntate spontanea pro remedio animarum nostrarum contulimus abbatisse et conventui de Hovin quandam[1]) vineam que nostra fuit propria, que sita est in parrochia Breitpach, que vocatur Ledinberch, nullo penitus contradicente. Actum anno Domini 1252, in die beati Lamberti.

131. (108.) *Intestaterbrecht eines Klosters an Stelle seiner Conventualen.* 1253.

Kölner Schreinsbucheintrag bei Ennen und Eckertz, Quellen zur Geschichte der Stadt Köln 2, 336, No. 323.

Notum sit tam futuris quam presentibus, quod domus pistorea cum camera adiacente, que sita est in monticulo, accidit conventui de monte sancte Walburgis[2]) ex parte Gertrudis, sanctimonialis ibidem, cui acciderat de morte patris sui Rambodonis hereditas memorata. Actum anno Domini 1253.

---

[1]) *die Vorlage hat* quendam. — [2]) *Walberberg.*

132*. *Auflassung. Friedensschilling (Weinkauf).* 1255, Mai.

Baur, Hessische Urkunden 1, 26, No. 40. Vgl. No. 104 und 107; Sohm, Fränkisches Recht und römisches Recht (vgl. Citat zu No. 16) 58 Anm. 88.

Noverint . . .[1]) quod ego Embricho, filius domini Gerhardi de Wolveskelen, contuli ecclesie Eberbacensi unum mansum et aream unam in Popinheim, partim in elemosinam partim pro debitis 14 marcarum, resignans eadem bona fratri Emechoni, magistro in curia Leheim, primo coram Herbordo sculteto in villa Leheim in cimiterio, presentibus domino Alberto et domino Burchardo de Wolveskelen et domino Henrico de Limpurg, militibus, et Henrico de Eltevile, urbisprefecto nominati castri. Post hec vero resignavi eadem bona iam dicto fratri Emechoni in strata publica Popinheim coram Heinrico Blerrinc, iudice ibidem, astantibus militibus domino Heinrico de Kuningernheim et domino Arnoldo de Dinheim et civibus de Oppenheim, Heinrico de Bunesheim, Reinhero Parvo et Heinrico Lapide de Dinheim, sculteto in Popinheim, cui frater Emecho pro vino testimoniali solidum hallensem tribuit et 20 hominibus ibidem et amplius potum prebuit de Lagena . . .[1]) Actum anno Domini 1255, mense Maio, indictione 13.

133*. *Schenkung unter Zustimmung der Erben. Auflassung im Landgericht nach sächsischem Recht. Aufforderung der Berechtigten zum Widerspruch. Friedewirken. Einweisung in den Besitz durch den Fronboten. Sessio triduana.* 1256, August 5.

von Heinemann, Codex diplomaticus Anhaltinus 2, 166, No. 220. Vgl. No. 55, 83, 84, 100, 102: Sohm, Fränkisches Recht und römisches Recht (vgl. Citat zu No. 16), 37 Anm. 52, 54 ff.

Olricus et Heinricus comites de Regensten omnibus tam presentibus quam futuris cupimus esse notum, quod dominus Heinricus miles de Hersleve quasdam proprietates, videlicet quinque mansos, unam curiam in magno Hersleve, cenobio Widerstede vendidit et, secundum quod ius et consuetudo terre exigit, tradidit coram nobis, cuius rei processum et ordinem propter labilem hominum memoriam presentibus duximus exprimendum. Instaurato iudicio et secundum ius et terre consuetudinem sedente pro tribunali prefecto nostro Heinrico de Blankenberg dominus Heinricus de Hersleve et sorores sue et alii heredes, quotquot erant, dicte proprietati renunciantes in totum cenobium Hekstede, alias Hetstede, contulerunt scrinio reliquiarum illius loci, quod nobiles matrone sorores Mechthildis de Arnestein et Luthardis de Wernigheurod secum deportaverant, suis manibus imponentes. Cumque secundum iura terre nostre fuisset ab hominibus illis, qui liberi vocantur et qui secundum suam conditionem debent huiusmodi donationibus interesse, diligentius perquisitum, si donacio

[1]) *Lücke in der Vorlage.*

esset facta iuste et idonee, quod deberet inviolabiliter observari, fuit ab eis per sentencias, ut consuevit fieri, sic responsum, quod omnia rite processerint et nichil fuerit de contingentibus pretermissum. Igitur prefectus requirens, si contra donacionem huiusmodi aliquis haberet aliquid questionis et trina inquisitione facta non appareret aliquis contradictor, sub banno regio cum sententiis, ut moris est, dicte proprietati firmam pacem induximus, iam dictas matronas nomine cenobii prefati in possessionem bonorum cum personis ad hoc deputatis et nuncio publico Henrici de Hersleve nomine inmittentes, que eandem proprietatem per triduum continuum corporaliter possederunt et, sicut consuevit fieri, permanserunt in ipsa. Huius rei testes sunt: Olricus, filius noster, milites Heinricus de Minsleve, Olricus Dives, Theodericus de Orden, alii homines liberi Lodewicus, Fredericus, Heinricus, Thetmarus, Wernherus, Johannes, Bernardus et alii plures. Et ne de cetero aliquid dubietatis super hoc negocio valeat suboriri, presentem litteram sigillis nostris duximus sigillandam. Actum et datum anno Domini millesimo ducentesimo quinquagesimo sexto, nonas Augusti.

134*. *Veräusserung verfangener Güter. Bestellung eines Pfandes zur Sicherung der Gewährschaft des Verkäufers.* 1257, Juni.

De Smet, Recueil des chroniques de Flandre 2, 914, No. 224.

T. allen denghenen die dese letteren selen sîen, de lantscegenen van Velseke: Gôd houden in unsen hêre. Wi maken vercondegh, dat d'abt ende convent van Ninive hebben gecocht ter wet êne hofstat met allen, gheleghen te Bôchoute boven hare hof ane de strâte, jeghen Hûghen ende Segheren; dewelke hofstat de vorgheseiden Hûghe ende Seghere hadden ghecocht ter wet jeghen Arnoude de Smet van Bôchoute. Ende ombe dat Arnout de Smet hadde ên wîf, dôe hi dat gôet bejaghede[1]) ane den hêre van Gavera, van der welker hi hevet ên kint, dat nâ de wet es sculdech te dêlene ane dat gôet, bi dien dat si porteren[2]) wâren, dôe si dat gôet bejagheden, ende dat kint niet nes comen te sînen jâren, sôe dat het dis gôets mach worpen ter wet, sôe hevet de vorgheseide Hûghe ende Seghere, sîn gheselle, vor ons gheset den abt ende den convente ên halph bunre lands, dat leght in Lettellendrisch, quîte ende vrî van alre bewîsenessen ende van alre calangen[3]): ocht dat sake wâre, dat de vorgheseide Hûghe ende Seghere niet enbrachten Arnouts kint te wetteleker worpinghen van dien gôede binnen ênen jâre nâ dat't[4]) kint verjârt wâre, dat d'abt ende de convent van dien halbunre lants mochten dôen hare vrome als met andren haren gôede, tote der wîlen dat si dat kint brachten te wetteleker worpinghen, alsôe als[5]) si hebben ghelovet. Wâre ôec dat sake, dat't[4]) kint storve, îer het quâme te wetteleker worpinghen, sôe mochte Hûghe ende Seghere van dien

[1]) *erwarb.* — [2]) *Vollbürger.* — [3]) calange *gewaltsame Besitzergreifung.* — [4]) dat't *statt* dat *der Vorlage. R.* — [5]) als si *statt* alsi *der Vorlage; so auch S. 101, Z. 1. R.*

halbunre lants, dat dien van Ninive es bewîst, haren wille dôen als si dâden, îer si't bewîsden dien van Ninive. Ende ombe dat dese vorwarde vast blîve ende ghestâde, sôe hebbe wi dese letteren ghegheven den abt van Ninive en den convente, gheselt met onsen seghele. Dese vorwarde was ghemact vor ons ende vor vele gôeder lûde te Velseke, 's donderdags vor de gheborte sinte Jans Baptisch, in't jâr nâ de incarnâtie ons Hêren 1257.

135. (110.) *Superficies in Form einer Hausleihe zu Erbzinsrecht. Rutscherzins und Rückfall an den Leiheherrn bei Versäumniss. Vorkaufsrecht desselben bei Veräusserung. Handänderungsgebühr ('Gewerf').*

Lacomblet, Urkundenbuch für die Geschichte des Niederrheins 2, 242, No. 446. Vgl. Arnold, Zur Geschichte des Eigentums in den deutschen Städten, 20—22, 36—45, 60—66, 70—79, 141—192; Rosenthal, Zur Geschichte des Eigentums in der Stadt Würzburg, 37 ff.

Capitulum Coloniense universis tam futuris quam presentibus inspecturis has litteras volumus esse notum, quod nos de areis olim vinee nostre apud sanctum Marcellum sitis, liberum nostrum existentibus allodium, magistro Gerardo lapicide, rectori fabrice nostre[1]), propter meritorum obsequia nobis facta unam aream laciorem et maiorem aliis, prout ibi iacet et conprehendit magnam domum lapideam quam idem magister Gerardus propriis edificavit sumptibus, duximus concedendam: ita videlicet, quod prefatus magister vel Guda, uxor ipsius, aut eorum heredes censum nobis duodecim solidorum Coloniensium denariorum iure hereditario persolvent de area memorata, cuius tamen census medietas in sancte Walburgis et reliqua medietas in sancti Remigii festis[2]) annis singulis persolvetur. Si vero aliquo terminorum istorum postea infra mensem census non fuerit debitus persolutus, extunc pro pena solventur nobis tres solidi denariorum, et similiter de unoquoque mense per unum annum tres solidi pro pena solventur, si infra totus census cum pena totali neglecta non fuerit persolutus; et ad hoc census, si quis neglectus est, nichilominus persolvetur. Anno autem elapso, si infra mensem postea ad longius omnia prescripta vel aliqua eorum non fuerint adimpleta, dicta area cum domo lapidea ad nostram et nostre ecclesie proprietatem absolute et libere revolvetur. Post obitum vero uniuscuiusque possessoris vel heredis domus et aree sepefate, heres aut successor instituendus dabit nobis in receptione dictorum bonorum duodecim denarios pro iure quod *gewerf* vulgariter appellatur, et similiter ab emptore domus eiusdem et aree, si vendi contigerit et eandem primo nobis

[1]) *der erste Dombaumeister Gerard (von Rile). Vgl. Lacomblet, Urkundenbuch 2, xvj ff.; Archiv für die Geschichte des Niederrheins 2, 103 ff., 3, 175 ff.; Ennen, Der Dom zu Köln, Festschrift aus Anlass der Vollendung, 28 ff., 85.* — [2]) *also Mai 1. und October 1.*

exhibitam emere recusaverimus, duodecim denarii persolventur. Et sciendum, quod emptor dictam domum et aream sub omnibus prenotatis conditionibus tam census quam penarum libere perpetuo obtinebunt a nobis. Ut autem predicta omnia tam a nobis quam nostris successoribus dicte domus possessoribus et ab ipsis nobis vel ecclesie nostre inviolabiliter perpetuo observentur, presens scriptum in testimonium nostri fecimus sigilli munimine roborari. Datum anno Domini 1257.

136. (111.) *Erbleihe an Weinbergen zu Zweidrittels- und Halbgewinnsrecht. Rückfall bei schlechter Wirtschaft.* 1260, Mai 4.

Bodmann, Rheingauische Alterthümer, 919. Vgl. daselbst 768 ff. und No. 76, 106, 110.

Decanus et capitulum ecclesie sancte Marie de gradibus Moguntine. Noverint tam presentes quam posteri tenorem presentium inspecturi, nos Cunrado, filio Godefridi Nante, dicti de Winkele, et suis heredibus duo iugera vinearum, sita apud dictam villam Winkele in campis qui vulgariter dicuntur Prophele, consensu unanimi concessisse iure hereditario possidenda: et hoc modo, ut easdem vineas extirpet et de novo replantet, et quicquid tunc in dictis vineis ad quinque annos integros colendo elaboraverit, pro sui laboris premio sibi totaliter remanebit; his autem quinque annis transactis, dicta iugera ad decem annos pro duabus partibus fructuum sibi cedentium ab eis excolet et tertiam partem nobis relinquet; deinde omnes fructus ab eisdem provenientes equaliter dividemus. Promisit etiam nobis dictus Cunradus sepedicta iugera certis temporibus excolere nec aliquam debitarum omittere culturarum; quodsi neglexerit, ipso facto cadet a suo iure quod sibi in huiusmodi concessione fuerat acquisitum, nec exinde ius aliquod sibi deinceps in dictis vineis poterit vindicare. Actum et datum Maguntie anno Domini 1260, in crastino inventionis sancte crucis.

137. (112.) *Unübertragbarkeit des Rechtes der Kinder an verfangenen Gütern in Frankfurt a. M. Gewere des Erben.* 1261, April 1.

Rechtsgutachten der Schöffen von Frankfurt a. M. für Erfurt, bei Lambert, Die ältere Geschichte und Verfassung der Stadt Erfurt, 122, No. 14. Vgl. No. 171; Schröder, Eheliches Güterrecht 2, 2, 134 ff., 2, 3, 198 f., auch daselbst 2, 2, 71 ff.; Laband, Vermögensrechtliche Klagen, 164 Anm. 14 und in der kritischen Vierteljahrsschrift 15, 401.

Wolfram, scultetus, et scabini civitatis Frankenfordensis omnibus has literas audituris. Facta fuit ad nos consultacio, quid iuris

vel consuetudinis haberetur apud nos super casu infrascripto, qui talis est. Henricus et Gertrudis, uxor eius, habentes filium Conradum nomine, transtulerunt filium in Erfordiam, et cum argento suo, quod elaboraverant in remotis partibus et secum duxerant, quandam ibi curiam titulo proprietatis emerunt. Inhabitantibus siquidem ipsis eandem curiam, Heinricus ipse post aliquot annos decessit. Uxor sua Gertrudis sedit et sedet adhuc hodie in possessione curie sue. Filius eius Conradus predictus, irrequisita matre sua, tandem duxit uxorem, cui iuxta terre consuetudinem donavit, sicut *dingen* vulgariter appellatur, omnia que tunc habebat vel esset in posterum habiturus. Nunquam fuit nactus possessionem curie matris sue, tantum habuit exspectationem solam in curia, ut post mortem matris hereditario iure succederet ad curiam supradictam. Postea ipse Conradus genuit prolem, et mortuus est. Demum proles eciam clausit diem supremum. Relicta itaque sua extunc alteri viro nupsit. Modo Gertrudis illa, que cum viro suo Heinrico prefato curiam per suam pecuniam comparavit et nunquam extra suam possessionem dimiserat vel Conrado, suo filio, vel ipsius proli, vult ipsam vendere; sed relicta filii interdicit, asserens eam sibi competere post mortem Gertrudis, eo quod, quando Conradus, maritus suus, filius eiusdem Gertrudis, sibi donavit sicut vulgo dicitur *dingen*, omnia que tunc habebat vel esset in posterum habiturus, donavit eciam sibi omne illud ius, quod sibi in ipsa curia competebat. Nos igitur, discusso negocio, diario et testamento inspectis, quod si res est ita, sicut superius continetur, dicimus: Ista relicta Conradi secundum ius et consuetudinem habitam ex antiquo apud nos et hactenus observatam, nihil penitus habet iuris aut expectationis in curia supradicta, quare et quia nec Conradus vir eius nec proles sua, dum viverent, ullo unquam tempore nacti fuerant possessionem curie sepedicte. Datum apud Frankenvord anno Domini 1261, kalendas Aprilis.

138. (113.) *Verpfändung des eigenen Lebens.* 1263, Mai 30.

Kölner Schreinsbucheintrag bei Ennen und Eckertz, Quellen zur Geschichte der Stadt Köln 2, 475, No. 455.

Notum sit tam futuris quam presentibus, quod Henricus, filius Harperni Zerdonis, manifeste in figura iudicii coram iudicibus et scabinis cum spontanea voluntate elegit, quod amicabilem compositionem, quam fecit et inivit cum Henrico dicto Asino, ratam et inconvulsam tenere deberet, omni fraude et dolo exclusis, et si unquam ipsam confringeret compositionem, sine contradictione decollari deberet, dummodo rationabiliter convincatur et legitime de confractione dicte compositionis seu eandem compositionem violasse. Hi fuerunt iudices: Gerhardus Overstolz comes, Everhardus advocatus. Hi fuerunt scabini: Johannes de Lintgassen, Gerardus frater suus, Hermannus Comes, Theodericus dictus Grin, Henricus Clenegedanc, Godescalcus Vetscholder, Bruno Scherfgin, Ricolfus Grin, Henricus de Hane, Wernerus

Birkelin, Theodericus de Porta et alii quam plures. Actum anno Domini 1263, quarta feria post Urbani pape.

139. (114.) *Verkauf und Auflassung eines Grundstückes. Veräusserung verfangener Güter. Leibbürgen für dereinstige Einwilligung minderjähriger Kinder. Einlager. Gewährschaft des Verkäufers für Zinsfreiheit. Rentenkauf. Pfandsatzung (obligation).* 1264, September 24.

Böhmer, Urkundenbuch der Reichsstadt Frankfurt, 132. Vgl. Schröder, Geschichte des ehelichen Güterrechts 2, 2, 126; von Meibom, Das deutsche Pfandrecht, 402 ff.; Franken, Das französische Pfandrecht im Mittelalter, 1, 4 ff.; die Citate zu No. 119.

Heinricus decanus et capitulum ecclesie Frankenvordensis, Conradus scultetus, scabini et universi cives ibidem. Ad universorum noticiam presenti pagina cupimus pervenire, quod Rudolfus miles, dictus de Prumheim, curiam suam iuxta curiam parrochie sitam Cristano cantori de Frankenvord et Godeschalko capellano sancti Nicolai ibidem pro triginta marcis Coloniensium denariorum vendidit et eam coram nobis in manus Conradi sculteti nostri una cum filio suo Heinrico, videlicet seniore annos discretionis tunc habente, resignavit, quam curiam idem scultetus predictis Cristano et Godeschalko, iuxta nostre consuetudinem civitatis, porrexit et assignavit titulo proprietatis perpetuo possidendam. Dedit eciam dictus Rudolfus fideiussores, videlicet Wolframum olim scultetum, Godeschalkum et Richwinum fratres suos, prefatis Cristano et Godescalco, quod alii pueri sui dicte curie simili modo renunciabunt cum ad annos legitimos producuntur. Promisit insuper prenotatus Rudolfus, quod si unum de fideiussoribus decedere contigerit, quod absit, ipse alium substituet infra quindecim dies loco defuncti; si vero factum non fecerit alii duo fideiussores hospitium Frankenvord intrabunt, more fideiussorum comesturi, donec alter fideiussor, sicut promissum est, substituatur. Preterea si in aliquo predictorum fideiussorum fuerit defectus, alii omnem supplebunt defectum. Adiectum est eciam et promisit Rudolfus sepedictus coram nobis, quod si dictam curiam aliquis impetat hominum, census aliquos requirendo ab ipsa, ipse Rudolfus et sui heredes debent eam defendere suis laboribus et expensis; si vero census aliquis emptus fuerit ab illa, censum illum domus illa dicta ad Gurrengibel, que sita est in foro, solvet et omnem defectum supplebit, quam eciam supranotatus Rudolfus ad hoc deputavit et coram nobis supra notatis Cristano et Godescalko obligavit. In cuius rei memoriam et sempiternum munimen sepe notati emptores presentem cartam conscribi fecerunt et tam sigillis nostri quam sigillo nobilis viri domini Philippi de Valkenstein senioris, imperialis aule camerarii, una cum sepedicto Rudolfo sibi petierunt communiri. Et nos Philippus a partibus rogati sigillum nostrum apposuimus. Datum et actum Frankenvord super domum communitatis anno Domini 1264, 8. kalendas Octobris.

140. (117.) *Zuschreibung eines Hauses im Wege gerichtlicher Execution. Eheliche Errungenschaftsgemeinschaft.* 1271, Juli.

Kölner Schreinsbucheintrag bei Ennen, Quellen zur Geschichte der Stadt Köln 3, 41, No. 54. Vgl. von Meibom, Das deutsche Pfandrecht, 102 ff.; Schröder, Geschichte des ehelichen Güterrechts 2, 2, 5.

Notum sit tam futuris quam presentibus, quod Hermannus dictus Hircelin comparens in figura iudicii et conquerens de Wilhelmo de Huntzgass super quibusdam dampnis sibi ab eodem illatis, et quia idem Wilhelmus non secutus est precepta a iustitia sibi facta, ut deberet, nec aliquis ex parte sua, predictus Hermannus Hircelin per sententiam scabinorum missus fuit in possessionem domus et aree, que quondam fuit mansio Ottonis et Irmengardis, site in opposito domus que quondam fuit mansio Gerhardi probatoris[1]): tali conditione, ut, si nullus infra annum et diem se opponat predicte immissioni domus et aree prescripte, predictus Hermannus in carta officialium scribi deberet. Et per Gerhardum Overstolz vicecomitem et . . . . scabinos[2]) mandatum est a scabinis Coloniensibus officialibus parrochie sancti Albani, quod predictus Hermannus in carta ipsorum scriberetur. Et sic scriptus fuit idem Hermannus et uxor sua Engilradis in carta officialium, ita quod iure et sine contradictione dictam domum obtinebit. Actum anno Domini 1271, mense septimo.

141. (118.) *Freilassung eines Ministerialen unter gleichzeitiger Veräusserung seines Sohnes.* 1271, December 24.

Lacomblet, Urkundenbuch für die Geschichte des Niederrheins 2, 366, No. 622. Vgl. von Fürth, Die Ministerialen, 468—472, 100 ff., 436—456.

Megtildis nobilis matrona de Holthe et Johannes burgravius de Arberg, filius eius, presentibus et futuris hoc scriptum intuentibus innotescimus, quod nos Gerhardum, filium Gerardi dicti de Reno, nostrum ministerialem, propter petitionem et dilectionem liberum fecimus et ab omni iure seu servicio ministeriali quitum dimisimus et solutum, dicti Gerardi filium in ministerialem Asnidensi ecclesie[3]) conferentes. Datum anno Domini 1271, in vigilia nativitatis Domini.

142. (119.) *Schuldverschreibung einer Stadtgemeinde mit Pfändungsklausel.* 1274, September 29.

Ennen, Quellen zur Geschichte der Stadt Köln 3, 65. No. 91. Vgl. Stobbe, Handbuch des deutschen Privatrechts 1, 328; von Meibom, Das deutsche Pfandrecht, 220.

Nos iudices, scabini, consilium et cives universi Colonienses universis per presentes notum facimus, quod tenemur Ade militi de

---

[1]) *Prüfer für Metalle.* — [2]) *die Namen der Schöffen fehlen.* — [3]) *Reichsabtei Essen.*

Rudinc ex parte nobilis viri Dieterici comitis de Katzenelenbogen in quadraginta marcis Coloniensium denariorum legalium et bonorum, quas ipsi infra sacros dies nativitatis Domini nunc instantes solvere promisimus et promittimus per presentes. Quod si adimplere neglexerimus, dictus Adam nostra et nostrorum concivium pignora capere poterit sine qualibet nostra contradictione vel offensa. Que pignora idem Adam, si requisitus fuerit, nobis et nostris concivibus extracredet ad certum terminum, recepta fideiussoria cautione; si autem requisitus non fuerit, memorata nostra pignora vendere poterit licite sub testimonio proborum virorum, et receptam ab huiusmodi pignoribus pecuniam nobis debet in solutionem debiti, quo tenemur eidem, computare. Super hoc in testimonium atque fidem sigillum commune civitatis nostre presentibus duximus apponendum. Datum anno Domini 1274, in die beati Michaelis archangeli.

143. (120.) *Verpachtung zu Halbbau mit verschiedenen Nebenabreden. Teilviehvertrag.* 1277, Februar 22.

Ennen, Quellen zur Geschichte der Stadt Köln 3, 136, No. 165. Vgl. Lamprecht, Beiträge zum französischen Wirthschaftsleben im 11. Jahrhundert (vgl. Citat zu No. 110), 62 ff.

Theodericus dictus Decanus recepit curtem de Lagheim ad semiculturam ad sex annos incipientes in cathedra sancti Petri anno Domini 1277, ita quod domini sancti Gereonis dabunt dicto colono singulis annis predictis ad semen 15 maldra siliginis et 18 maldra avene et 11 solidos ad incidendum segetes et metendum. Preterea dicti domini dederunt ipsi colono quatuor marcas, quas deserviet infra tres annos proximos, mergelando quemlibet iurnalem pro tribus solidis; et si plus mergelaverit, dabuntur ei modo predicto de quolibet iurnali tres solidi. Item domini et colonus habebunt equalem et parem numerum boum, porcorum, ovium et aliorum pecorum in curte, et colonus nichil animalium habebit solus, exceptis pullis et anseribus; et quando necesse fuerit tempore hiemali, illis[1]) et aliis pecudibus paribus expensis dominorum et coloni emetur pastus. Item poma, nuces et alios fructus curtis domini et colonus equaliter divident. Item colonus singulis annis sibi soli seminare poterit duos iurnales in *brâgvelt*[2]), et quicquid ultra seminaverit in *brâgvelt,* divident domini et colonus. Item colonus laboribus suis et expensis ducet dominis annonam eorum, quam ipse seminaverit, ante granarium eorum Coloniam. Item domini nichil dabunt nec facient aliquas expensas ad custodiam ovium, boum, porcorum aut pecorum aliorum. Acta sunt hec anno et die predicto, presentibus ex parte dominorum domino Heriberto thesaurario, Hugone de Buren et Wilhelmo de Hemersbag. Ex parte vero dicti coloni interfuerunt: Waleramus de Westubbe, Hermannus de Neile braxator, Hermannus dictus Hagene de Neile et Ditlews opilio.

---

[1]) *die Vorlage hat* quibus. — [2]) = *brâchvelt.*

144. (121.) *Lichtrecht und Wasserablauf, als Gebäudeservitut ins Stadtbuch eingetragen. Eingetragene Pertinenz.* 1277, September.

Kölner Schreinsbucheintrag bei Ennen, Quellen zur Geschichte der Stadt Köln 3, 132. No. 159.

Notum sit etc., quod domus vocata Swanenberg, sita prope domum vocatam Esch versus capellam sancti Stephani, optinebit omnia lumina sua, ita quod nullo edificio obstrui debent. Similiter item optinebit medietatem stabuli contiguam eidem domui et retro eandem domum cum fluxu aque, sicut nunc vadit sive cadit, et hoc contradictione qualibet non obstante. Actum anno Domini 1277, mense Septembri.

145. (122.) *Freiwillige Ergebung in die Ministerialität.* 1278, April 12.

Ennen, Quellen zur Geschichte der Stadt Köln 3, 138, No. 168. Vgl. von Fürth, Die Ministerialen, 140.

Nos Cono de Molenarken et Reinerus dictus Hoingin, fratres, et sorores eorundem notum facimus universis presens scriptum visuris et audituris et publice profitemur, quod, cum essemus libere conditionis et nulli domino attineremus, ob spem promotionis et protectionis, quam nobis et heredibus nostris impendere poterit ecclesia Coloniensis, nos, prehabita deliberatione cum consanguineis et amicis nostris, convocatis prioribus ecclesie Coloniensis in maiori ecclesia Coloniensi, missa sollempniter in honore beati Petri celebrata, anno Domini 1278, feria tertia post dominicam Palmarum, ante altare beati Petri nos, liberos nostros et heredes tradidimus et ministeriales fecimus pure et simpliciter ecclesie Coloniensis, ita quod omni iure et libertate gaudere et perfrui debeamus, quibus alii ministeriales ecclesie Coloniensis gaudere et perfrui dinoscuntur, nosque, liberi nostri et heredes in castris et munitionibus ipsius ecclesie, quotienscumque opus habuerimus, recipiemur[1]) et ab ipsa ecclesia in omnibus nostris necessitatibus tamquam ministeriales ipsius protegi tenebimur et defendi. In cuius rei testimonium nos Cono et Reinerus dictus Hoingin, fratres, pro nobis et sororibus nostris, liberis et heredibus predictis sigilla nostra presentibus duximus apponenda. Actum et datum anno et die supra dictis. Preterea memorandum, quod predicti fratres, eorum liberi et heredes habent super premissis litteras domini Sifridi archiepiscopi et ecclesie Coloniensis, quod videlicet eos receperunt in suos et ecclesie Coloniensis ministeriales, prout superius est expressum.

[1]) *die Vorlage hat* recipiemus.

146. (123.) *Erbliche Verleihung einer Nona und eines Grundstückes gegen Getreidezins und Naturallieferung. Zinsleihe als Majorat. Strafgedingssatzung. Kauf bricht die Leihe nicht.* 1278, October 16.

Böhmer, Urkundenbuch der Reichsstadt Frankfurt, 187. Vgl. von Meibom, Das deutsche Pfandrecht, 248—264.

Nos Hermannus, decanus, totumque capitulum ecclesie Frankenvordensis recognoscimus et notum facimus universis, ad quos pervenerit presens scriptum, quod nos, pari consensu et voluntate unanimi, nonam ecclesie nostre in Triburio et in Stede, quam habemus ab imperio, cum iugero agri quondam Marquardi concessimus Adelheidi antique advocate de Triburio et suis heredibus universis, iure hereditario in perpetuum obtinenda: videlicet sub hac forma, quod ipsa Adelheidis singulis annis quam diu vixerit, et post ipsius obitum senior inter ipsos suos heredes, in festo omnium sanctorum 18 octalia tritici Frankenvordensis mensure et 27 mattas in omnem eventum nobis et ecclesie nostre solvant et sub suis laboribus, periculis et expensis nobis in Frankenvord assignabunt. Que quidem Adelheidis et heredes ipsius, ut de premissa pensione nostra habundanciorem cautelam et certitudinem haberemus, nobis quendam mansum situm in Triburio, dictum selhube, sub interpositione pignoris obligarunt. De quo manso, si in predicto termino fuerit a premisse pensionis solucione cessatum, iuxta sententiam scabinorum Triburiensium intromittere nos debemus, pensione neglecta tunc nichilominus nobis salva. Si vero dicti pensionarii occasione ecclesie nostre ipsa pensione fuerint spoliati, hoc non in eorum, sed in nostrum dampnum penitus redundabit. Preterea si nos vendere contigerit ipsam pensionem, ius hereditarium apud dictos pensionarios remanebit et erit per omnia eis salvum, venditione huiusmodi non obstante. Testes autem qui interfuerunt sunt: Giso advocatus, C. scultetus, H. dictus Paris, Wernherus dictus Grebere, Wernherus Gegere, Hart. dictus Galle, Hertericus, Ekehardus, Wernherus dictus Minzelere, scabini, et alii quam plures de villa Triburiensi. In cuius rei evidenciam et debitam firmitatem presens scriptum sigillo ecclesie nostre fecimus communiri. Actum anno Domini 1278, in die beati Galli.

147. (124.) *Anweisung.* 1279, April 26.

Ennen, Quellen zur Geschichte der Stadt Köln 3, 149, No. 184. Vgl. Cohn, Zur Geschichte der Checks in Zeitschrift für vergleichende Rechtswissenschaft 1, 1 ff.

Walleramus dictus de Juliaco viris prudentibus et amicis suis carissimis, iudicibus, scabinis, magistris civium et universis civibus Coloniensibus quicquid potest dilectionis et honoris. Significo vobis presentibus, quod ratum et gratum habeo, quod vos detis et assignetis

centum marcas, quas michi solvere tenemini in festo beati Martini hiemalis nunc futuro, Friderico dicto Schechtere civi Coloniensi, et vos clamo per presentes quitos et absolutos de solutione dictarum centum marcarum in dicto termino facienda. In cuius rei testimonium sigillum meum duxi presentibus apponendum. Datum Colonie 6. kalendas Maii, anno Domini 1279.

148.* *Verfangenschaft. Nutzniessung des überlebenden Elternteils. Vergabung von Eheleuten mit gesamter Hand. Gerichtliche Auflassung nach fränkischem Recht. Urteil über die Rechtskraft der Vergabung.* 1279, Juli 22.

Loersch, Aachener Urkunden aus dem 13., 14. und 15. Jahrhundert, in Zeitschrift des Aachener Geschichtsvereins 1, 142, No. 6. Vgl. No. 125, 151, 162; Schröder, Geschichte des ehelichen Güterrechts 2, 2, 186 f.; Sohm, Fränkisches Recht und römisches Recht (vgl. Citat zu No. 16), 38 Anm. 52.

Notum sit omnibus tam presentibus quam futuris, ad quos pervenerit presens scriptum, quod Harparus civis Aquensis, in secundo sedens matrimonio, una cum . . uxore sua quam nunc habet secundam ex una parte et cum Godefrido filio suo clerico, quem de prima uxore sua genuerat, eo tempore quo id bene et de iure fieri potuit et validum extitit quod fiebat, comparuit coram iudicibus, scabinis et aliis civibus Aquensibus, ad id testibus et dencmannis rogatis utriusque et vocatis. Et ob singularem dilectionem quam ad ipsum filium suum gessit omnia bona hereditaria, in quibus ipse Harparus non habuit nisi ususfructum et que post eius obitum super predictum G. filium suum de iure debebant cadere vel devolvi, presente nunc uxore sua et consentiente expresse, predicto contulit Godefrido. Ad opus cuius et usus quoad predicta bona mortuum sese fecit, renunctians predictis bonis cum calamo ad opus et usus sui filii supradicti, ita quod de hiis bonis posset suam libere facere voluntatem. Quod cum predicto Godefrido sic factum esset, ipse fecit experiri in sententia, si predicta bona sibi taliter data essent, quod de eis suam bene posset facere voluntatem. Et lata est iusta sententia per consensum, quod predicta bona eidem Godefrido tam rite ac legaliter data essent, quod de hiis suam posset facere libere voluntatem, dare quoque posset ea cui vellet, et cui eadem daret illi deberent rata et stabilia permanere. Quo facto predictus Godefridus, salubri ductus consilio, dum id bene et de iure facere potuit, in seculari habitu constitutus, supradicta bona cum omni iure ei in hiis acquisito fratri Heinrico de Campis, nomine . . abbatis et conventus de Campis, ad opus et usus eorundem, contulit liberaliter[1]), renuncians ad opus et usus ipsorum predictis bonis, et se exuens ipsos de dictis bonis protinus investivit. Quibus rite ac legitime sic peractis, prenotatus

[1]) *das Original fügt hier noch hinzu:* dicta bona.

frater Heinricus pro se et . . abbate et conventu suo petiit in sentencia experiri, si eis supradicta bona taliter essent data, quod eis hec deberent firma merito permanere. Et est reddita iusta sentencia per consensum, quod sepedicta bona ipsi fratri Heinrico, et per eum . . abbati et conventui de Campis, tam rite ac racionabiliter donata essent quod eis debent rata et firma inviolabiliter permanere. Acta sunt hec in presentia et sub testimonio Willelmi de Geheut militis gerentis vicem advocati et Martini villici, qui iudices sunt Aquenses, et sub testimonio Heriberti de Steinbruegen, Godefridi de Ponte, Willelmi dicti Malebranke, Ludowici de Sleida et Willelmi de Hasselhoutz, qui scabini sunt Aquenses. Preterea testes, qui Aquis dencmanni [1]) vulgariter nuncupantur, a partibus rogati et vocati hiis interfuerint hii: videlicet Bertolphus frater supradicti Harpari, Heinricus de Hoyngen, Gerardus dictus Blapaffe, Heinricus filius Bertolphi supradicti, Hubertus filius Heriberti supradicti et alii cives Aquenses quamplurimi fidedigni. In cuius rei testimonium atque robur supradictus Harparus, . . nunc uxor sua et Godefridus eiusdem Harpari [2]) filius ex una parte, et ipse frater Heinricus pro se et . . abbate et conventu suo ex altera parte, petiverunt presentem litteram conscribi et sigillo regalis sedis Aquensis firmiter communiri. Actum et datum in die beate Marie Magdalene, anno Domini 1279.

149.* *Pachtvertrag mit Nebenabreden über Remission. Auflösung des Pachtvertrags, Baulast des Pächters.* 1281, Februar 9.

Baur, Hessische Urkunden 1, 172, No. 235.

Iudices sancte Maguntinensis sedis notum facimus universis, quod Heinricus advocatus, miles de Erlebach, confessus est coram nobis anno Domini 1281, se conduxisse mansos 14 terre arabilis cum suis pertinenciis apud villam Lichen a decano et capitulo ecclesie sancte Marie ad gradus Maguntinensis ad tempus 12 annorum pro certa pensione, videlicet quod idem Heinricus in proximis sex annis inchoantibus anno Domini supradicto solvet annuatim 138 maldra siliginis ac 30 maldra tritici claustralis mensure, in reliquis vero sex annis immediate sequentibus 146 maldra siliginis ac 50 maldra tritici claustralis mensure solvet annuatim, ita quod tam maldra siliginis quam tritici singulis annis infra festa assumptionis et nativitatis beate Marie [3]) sub periculo suo et expensis, grandinis et exercitus casu duntaxat excepto, ad ripam Reni Maguntiam assignabit. Idem quoque Heinricus fidem prestitit corporalem in manus predicti decani, se non debere ante terminum 12 annorum a conventione huiusmodi resilire, nisi ad talem vergeret inopiam, propter quam ad culturam bonorum huiusmodi minus sufficiens videretur. Est eciam adiectum, quod edificia iam extantia in villa predicta non solum

[1]) *vgl. S. 133, Anm. 1.* — [2]) *das Original hat* Hapari. — [3]) *zwischen August 15. und September 8.*

prefatus Heinricus conservabit in omni bonitate sed eciam emendabit, et post lapsum 12 annorum taliter emendata ad ecclesiam supradictam proprietatis iure libere pertinebunt, eo quod dicti decanus et capitulum pensionem de messibus presentis anni eis debitam, videlicet 46 maldra siliginis et tritici totidemque de messibus anni preteriti pro edificiis factis et faciendis per ipsum Heinricum in recompensationem penitus relaxarunt, ita quod nec ipse nec sui liberi nec heredes sepedictis decano et capitulo super edificiis predictis movere debebunt de cetero questionem. Actum Maguntie, anno Domini prenotato, 5. idus Februarii.

150. (125). *Beweis dreissigjährigen Besitzes. Erbeslegitimation. Einsetzung des Erben in den Besitz. Eintragung seines Eigentums in das Stadtbuch auf Grund gerichtlichen Urteils.* 1284, September.

Kölner Schreinsbucheintrag bei Ennen, Quellen zur Geschichte der Stadt Köln 3, 210, No. 243. Vgl. daselbst 1, 508, No. 46 (v. J. 1134); 3, 137, No. 166 (v. J. 1277), 204, No. 235 (v. J. 1283), 521, No. 547 (um 1307). Siehe auch No. 140 und 153.

Notum sit tam futuris quam presentibus, quod Margareta, relicta Arnoldi militis de Steinbuggele, comparens in figura iudicii et per sententiam scabinorum optinuit, quod Henricus pater eius et Cristina mater eius et Johannes frater eius dictus de Birbome et Henricus filius suus triginta annis et amplius tenuerint seu possederint hereditates infrascriptas: videlicet domum cum area vocatam Birbom, ante et retro, subtus et superius, prout ibidem iacet; item duas domos pistoreas sitas in Nova Platea ex opposito coquine domini archiepiscopi Coloniensis; item domum pistoream sitam in media platea Twergassen, retro hereditatem Johannis Schechtere versus sanctum Martinum magnum; item tertiam partem domus[1]) et aree site supra forum piscium, in qua moratur relicta Gerardi Henxt; item medietatem domus et aree contigue eidem domui versus sanctum Martinum magnum; item medietatem domus et aree site ex opposito eiusdem domus et aree prope domum Mathie piscatoris; item duo cellaria et quatuor mensas sitas ex opposito bancarum salmonum[2]); item finalem mansionem de quatuor mansionibus sitis sub uno tecto in Vrissengassen, retro domum vocatam Cussine versus Renum. Et dicta Margareta missa fuit in possessionem dicte hereditatis, id est *wart geweldigit*, de morte dicti Henrici, filii fratris sui. Et Richolfus et Henricus opposuerunt se ei, id est fecerunt *verstentinisse*; et quia eadem Margareta secuta est, id est *nâvolgede*, et dicti Richolfus et Henricus non, et per hoc *nidervellic wurden gedeilt*[3]) per sententiam scabinorum, dictavit sententia scabinorum, quod dicta Margareta prescriptas hereditates iure et sine contradictione optinebit, et quod asscribi deberent eidem. Actum anno Domini 1284, mense Septembre.

---

[1]) *vgl. S. 92, Anm. 3.* — [2]) *die Vorlage hat* salmorum. — [2]) *die Vorlage hat* gedeil.

151. (126.) *Ideelle Anteile der Miterben. Erbgüter des einen Ehegatten werden durch den Tod des andern den Kindern verfangen, d. h. gehen in deren Eigentum über.* (1286.)

Kölner Schreinsbucheintrag bei Ennen, Quellen zur Geschichte der Stadt Köln 3, 241, No. 277. Vgl. No. 125, 148, 162; Schröder, Geschichte des ehelichen Güterrechts 2, 2, 84.

Notum sit universis, tam futuris quam presentibus, quod Ludolpho, Elizabet, Guderadi et Paino, pueris quondam Paini aurifabri et Elizabet, ex morte parentum suorum predictorum cuilibet ipsorum puerorum accidit quarta pars domus[1]) et aree dicte domus quondam Schinken, site ex opposito vinee Melag, et que nunc dicitur ad Circulum, ante et retro, subtus et superius, prout ibi iacet, ita quod quilibet eorum suam pro indiviso optinebit et divertere poterit. Item notum sit, quod Paino, Simoni, Johanni, Gerardo, Katerine et Rigmudi ex morte Gertrudis, matris eorum, uxoris dicti Ludolphi, accidit sexta pars proprietatis quarte partis domus et aree predicte[2]), ita quod iure optinebunt.

152*. *Schuldverschreibung mit alternativer Inhaberklausel.* (1287—1288.)

Fabricius, Das älteste Stralsunder Stadtbuch, 67, No. 526. Vgl. Brunner in der Zeitschrift für das gesammte Handelsrecht 22, 119 ff., 517 f.

Ludekinus de Fonte dabit in festo beati Michaelis[3]) vel Gerardo dicto Repere vel suo nuncio cuicunque, dummodo apportaverit literam creditivam, 10 marcas.

153. (127.) *Dreissigjähriger Besitz und unvordenkliche Zeit. Der Kölner Judenbischof als Treuhänder seiner Gemeinde. Errichtung einer wiederkäuflichen Rente. Verfall des Grundstücks bei Nichtzahlung der Rente. Folgen der mora accipiendi.* 1288, September 21.

Ennen, Quellen zur Geschichte der Stadt Köln 3, 278, No. 305. Vgl. No. 150; Stobbe, Die Juden in Deutschland, 95; Hegel, Die Chroniken der niederrheinischen Städte, Köln 3, lxxxvij ff.; Ennen in Hansische Geschichtsblätter, Jahrg. 1876, 237 ff.; Hegel in derselben Zeitschrift, Jahrg. 1877, 120 ff.

Notum sit etc., quod universitas Judeorum Coloniensium per magistratum et consilium eorum, tam vivo testimonio quam litteris nobis officialibus certificaverunt, quod domum universitatis eorum, que

---

[1]) *vgl. S. 92, Anm. 3.* — [2]) *das dem Ludolf von seinen Eltern angefallene Viertel.* — [3]) *September 29.*

dicitur *speilhûs*[1]), per triginta annos et ultra tempus quod exstat memoria possederunt libere et absolute, ita quod eandem divertere poterunt in quascunque manus voluerint. Item notum sit, quod predicti magistratus, consilium et universitas Judeorum prescriptam domum, que *speilhûs* dicitur, de consilio et consensu omnium et singulorum Judeorum tradiderunt et resignaverunt in manus episcopi eorum, ut ille episcopus, qui pro tempore fuerit, dictam domum nomine eorum divertere poterit quocumque voluerit. Notum sit, quod predictus episcopus Judeorum nomine omnium Judeorum tradidit et remisit decem marcas denariorum Coloniensium bonorum et legalium hereditarii census, solvendas singulis annis de domo, que dicitur *speilhûs*, antedicta in festo beati Remigii vel infra quatuor septimanas sine captione sequentes, Johanni de Merzenich et uxori eius Elisabeth: tali conditione, quod, si predicte decem marce aliquo anno ipsis Johanni et uxori eius Elisabeth solute non fuerint termino prenotato, quod dicta domus, que *speilhûs* dicitur, sepedictis Johanni et uxori eius Elisabeth cedit libere et absolute, ante et retro, subtus et superius, prout ibi iacet. Si autem ipse vel uxor eius vel heredes eorum ipsas decem marcas aliquo anno suo termino recipere nolunt, tunc Judei decem marcas in scrinium officialium reponent et per hoc a captione erunt absoluti. Hoc adiecto, quod episcopus Judeorum prescriptam domum, que *speilhûs* dicitur, reemere poterit cum censu illius anni pro centum marcis denariorum Coloniensium, percussis in moneta Coloniensi, erga Johannem et Elisabeth uxorem suam et heredes eorundem; si autem dictus Johannes vel uxor eius vel aliquis heredum ipsorum aliquam contradictionem in reemptione dicte domus episcopo facerent, quod ipse episcopus centum marcas per omnia, sicut prescriptum est, nobis officialibus sancti Laurentii assignabit et in scrinium nostrum reponet, et tunc ipsum episcopum nomine omnium Judeorum ad dictam domum rescribamus. Actum anno Domini 1288, in vigilia sanctorum Maurorum.

154. (128.) *Partielle Schichtung mit Erbverzicht.* (1288.)

Lübecker Stadtbucheintrag bei Pauli, Abhandlungen aus dem Lübischen Rechte 3, 115. Vgl. Schröder, Geschichte des ehelichen Güterrechts 2, 3, 159, 175; Beseler, Erbverträge 2, 2, 309 ff.

Notum sit, quod Johannes Vromolt dolifex exseparavit et cum pecunia deposuit Johannem filium suum ab omni hereditate, que ipsum contingere posset ex obitu matris sue, ita quod, mortuo dicto patre suo, a fratribus suis et sororibus tam de hereditate patris sui quam etiam matris sue nichil poterit extorquere. Dimisit eciam dictum patrem suum et pueros de hereditate matris liberos coram consulibus et solutos. Non renunciavit tamen porcioni, que in eum cadere poterit ex obitu fratrum suorum vel sororum.

[1]) = *spilhûs, nicht nur 'Spielhaus', sondern auch 'Gemeindehaus'.*

155. (130.) *Vererbpachtung von Kaufläden an Mehrere zu geteiltem Rechte mit Nebenabreden, besonders über das Tragen der Gefahr.* 1290, Februar 19.

Böhmer, Urkundenbuch der Reichsstadt Frankfurt, 247. Vgl. No. 125 und Arnold, Zur Geschichte des Eigentums in den deutschen Städten, 45 ff., 171, 185—192.

Nos Elia scultetus, scabini ceterique cives de Frankenvort tenore presentium recognoscimus et constare cupimus universis has litteras visuris, quod Volkwinus dictus de Wetflaria et Gertrudis uxor eius legitima, nostri concives, in nostra presentia constituti recognoverunt publice, se locasse seu concessisse communicata manu domum suam dictam zum Langhuse et apothecas[1]) factas in eadem . . .[2]) dicto Ruchern, Wigando dicto Zigelern, Volkwino Iuveni, Henrico de Stirstad, Cunrado de Schwalbach, Ulrico Weinshrodern, Heinrico de Babenberg, Gyplone dicto Zurner, Thome de Aquis, Henrico dicto Eisenman, Rudolpho de Sekbach, Rudolpho de Grunenberg, Herburto in Horreo, Conrado Monetario, Wernero in Curia, Henrico Institori, Rufo, Brunoni de Colonia, Goswino de Eschbach, Emerico dicto Rosenbusch et magistro Eppelein sartori, civibus Frankenfurtensibus, ac heredibus eorundem, iuste et rationabiliter iure hereditario perpetuo possidendam: ea videlicet conditione, quod iidem cives aut eorundem heredes dictis Volkwino vel suis heredibus, si decesserint, dabunt et dare tenentur singulis annis in nativitate beate virginis Marie quilibet de sua apotheca quam conduxit septem solidos denariorum Coloniensium, nomine census annualis. Adiectum est etiam, quod prefatus Volkwinus una cum suis filiis cum predictis civibus stabit et stare tenetur in ipsa domo in apothecis[3]), et nusquam alibi, ipsis deputatis, ac in eisdem vendere suos pannos. E converso prelibati cives etiam in eadem domo vendere debent suos pannos et stare tenebuntur. Dictum est etiam, quod prefati Volkwinus et sui heredes in iam dicta domo debeant habere et gaudere stupa[4]) versus domum Wobelini, et patere debet ipsis introitus de domo Wolkenburg ad eandem. Idem etiam Volkwinus in ipsa domo zum Langenhuss nulla vina debet propinare, nisi de suorum fiat voluntate inquilinorum. Si etiam predicta domus aut apothece in eadem, casu aliquo contingente, per incendium aut ruinam destruitur, ad reedificationem ipsius prenominatus Volkwinus una cum suis inquilinis reedificare tenetur, et quilibet suam portionem ipsum contingentem, quod vulgariter dicitur *margzal*[5]), persolvere debet. Si vero cellarium ipsius domus destruitur aut ruinam minatur, ad reedificandum illud solus Volkwinus aut sui heredes, suis laboribus et expensis, per omnia tenebuntur. Factum est etiam et promissum, quod apothecam Anchoram[6]) contiguam domui Veteris Monete nullus aurifaber aut quicunque alter fruens

---

[1]) *Kaufläden.* — [2]) *der Vorname fehlt im Original.* — [3]) *die Vorlage hat* apotheca. — [4]) *Stube.* — [5]) = *marczal: Zahl nach dem Verhältniss.* — [6]) *Böhmer will hier, wol ohne Not,* antedictam *verbessern; es ist an ein Verkaufslokal unter dem Zeichen des Ankers zu denken.*

igne inhabitare debet eandem. Testes huius tractatus et locationis sunt viri honesti: Elia scultetus prenominatus, Volradus olim scultetus, Joannes Goltstein, Volmarus de Ovenbach, Cunradus Wobelin, Wernerus de Wanebach, Gipelo de Holzhusen, Wernerus de Flanstat, Wikerus in Ponte, Petrus de Eschbach, Hertwicus de Alta Domo, Arnoldus de Glauburg, scabini, et quam plures alii cives Frankenfurtenses fide digni. In cuius rei testimonium et roboris firmitatem . . nos scultetus et scabini supradicti ad rogatum partium supra scriptorum sigillum universitatis Frankenfurtensis presentibus duximus apponendum. Actum anno Domini 1290, in dominica qua cantabatur 'Invocavit'.

156. (131). *Hausverkauf mit Zustimmung des Zinsherrn. Ausschliessung eines Erwerbsstückes von der ehelichen Errungenschaftsgemeinschaft. Erweiterung der Verfügungsrechte des Mannes durch Ehevertrag. Erbeinsetzungsvertrag zu Gunsten der Kinder erster Ehe.* 1280, November 3.

Böhmer, Urkundenbuch der Reichsstadt Frankfurt, 253. Vgl. Arnold, Zur Geschichte des Eigentums in den deutschen Städten, 13 f.; Schröder, Geschichte des ehelichen Güterrechts 2, 2, 254 f.; Beseler, Erbverträge 2, 1, 131 ff.

Noverint universi presencium inspectores, quod ego Wigmannus dictus Ferwere et Engildrudis uxor mea legittima, cives Frankinvordenses, accedente benivolo consensu Heinrici de Kaldebach et Hermanni necnon Bernheide privignorum suorum, qui magistri et rectores sunt census mansionis nostre sive domus in novo vico apud estuarium[1]) site, vendidimus ipsam mansionem et domum quam inhabitabamus honesto viro Heinrico dicto de Hachenberg, civi Frankenvordensi, accedente benivolo consensu et bona voluntate Cristine uxoris sue legittime, iuste et racionabiliter iure hereditario perpetuo possidendam, renunciantes et resignantes omni iuri quod nobis in dicta domo et curia competebat seu competere videbatur. Promittentes nichilominus ipsi Heinrico de huiusmodi domo et curia secundum consuetudinem civitatis Frankenvordensis facere warandiam iustam, debitam et consuetam. Adiectum est eciam, quod idem Heinricus de Hachinberg cum predicta domo et curia in sua vita potest et licitum erit ei disponere et ordinare quidquid eius placuerit voluntati, contradictione cuiuslibet non obstante. Postquam autem memoratus Heinricus de Hachenberg ab hac luce migraverit, Hellenburgis, Hedewigis et Elizabeth, filie pretacti Heinrici de Hachenberg, dicte curie et domui tamquam veri et legitimi heredes succedere debebunt, et nil auctoritatis, iuris ac potestatis ulli heredes dicte Cristine, noverce dictorum puerorum, et ipsa Cristina in ipsis bonis habebunt, et ab omni iure dicte domus et curie supradicti heredes

[1]) *Badestube; vgl. Brinkmaier.*

Cristine ac ipsa Cristina penitus excludentur. Ego vero Cristina predicta, legittima uxor Heinrici de Hachenberg predicti, publice profiteor et expresse, omnia singulaque supraposita ex meo benivolo consensu et bona voluntate taliter esse acta, prout superius sunt expressa. Testes huius tractatus sunt: Johannes Goltstein, Volmarus de Ovenbach, Cunradus Wobelin, Wernherus de Wanebach, Gipelo de Hulthusin, Gernodus de Flanstat, Hertwicus de Alta Domo, Petrus de Esscebach, scabini, Hertwicus de Vite, Guntherus Sensensmit, Philippus frater suus, Ertmarus et quam plures alii cives Frankinvordenses fidedigni. In cuius rei testimonium et debitam firmitatem nos Elias scultetus et . . scabini Frankinvordenses supradicti ad peticionem parcium supradictarum sigillum universitatis Frankinvordensis appendi fecimus huic scripto. Actum anno Domini 1290, 3. nonas Novembris, indictione 3., concurrente 6., epacta 18.

157. (132.) *Schuldenhaftung der Ehegatten bei kinderloser Ehe nach lübischem Rechte.* (1262.)

Rostocker Stadtbucheintrag, Meklenburgisches Urkundenbuch 3, 464, No. 2173. Vgl. Schröder, Geschichte des ehelichen Güterrechts 2, 3, 283.

Notum sit, quod amici domine Margarete, relicte Wasmodi, coram sede consulum iuramento firmaverunt, quod eadem domina nichil de rebus quondam mariti sui Wasmodi haberet. Et consules communiter eidem domine indulserunt, quod nullus horum, quorum maritus suus debitor fuerat, ipsam in posterum inpetere debeat, si res ope amicorum suorum aliquas vel propriis laboribus contraxerit. Thidericus Friso, Ludolfus Pes tabule presidebant.

158. (133.) *Veräusserung eines ideellen Teiles eines Grundstückes zu Erbzinsrecht. Stiftung zu milden Zwecken. Vertrag zu Gunsten Dritter.* 1293.

Kölner Schreinsbucheintrag bei Ennen, Quellen zur Geschichte der Stadt Köln 3, 354, No. 394. Vgl. Gareis, Verträge zu Gunsten Dritter, 232 f.

Notum sit, quod Hermannus Rufus et Gertrudis uxor sua tradiderunt et remiserunt Jacobo dicto de Dusburg et Aleidi, uxori sue, quartam partam domus et aree[1] site in Foro Butiri contigue domui Halverocke versus Marcmansgassen pro novem solidis Coloniensium denariorum legalium et bonorum hereditarii census, solvendis singulis annis in festo nativitatis Domini vel infra quatuor septimanas postea ad longius. De quibus novem solidis dabuntur et solventur in dicto termino sex solidi Coloniensium denariorum predictorum parrochie sancti Mauritii ad candelam unam[2]), que tenebitur in missa in eleva-

---

[1]) *vgl. S. 92, Anm. 3.* — [2]) *eine sog. Sanctuskerze.*

tione corporis Jesu Christi; et tres solidi dictorum novem solidorum dabuntur et solventur sex inclusis [1]), videlicet incluse sancti Johannis, item incluse Seinensi, item incluse sancti Severini, item incluse sancti Reinolfi, item incluse sancti Apri et incluse sancti Andree. Et requiret inclusa sancti Johannis, que pro tempore fuerit, ex parte omnium aliarum inclusarum, et dabit ulterius unicuique incluse partem suam. Tali conditione apposita, quod, si predictum censum solvere neglexerint termino supradicto, predicta quarta pars domus et aree predicte ad parrochiam predictam et ad omnes inclusas predictas devolvetur libere et absolute, salvo unicuique iure suo et censu suo in hereditate predicta. Actum anno Domini 1293.

159.* *Rentenkauf, mit Vorbehalt des beiderseitigen Kündigungsrechtes auf eine bestimmte Zeit und Einräumung des Näherrechtes an den Rentengläubiger für den Fall des Verkaufes des pflichtigen Grundstücks. Alternative Inhaberklausel.* 1295, Februar 13.

Ehmck und von Bippen, Bremisches Urkundenbuch 1, 539, No. 505. Vgl. Brunner in der Zeitschrift für das gesammte Handelsrecht 22, 119 ff., 517 f.

Universis hanc literam visuris consules civitatis Bremensis salutem in Domino. Noverint universi, quod constituti coram nobis Hermannus dictus Bleke, concivis noster, Gertrudis uxor sua, Windelburgis mater uxoris sue, dominus Heinricus et Borchardus, predicti Hermanni filii, ceterique heredes ipsorum recognoverunt publice, quod vendiderunt Radolfo de Ruten, concivi nostro, in domo sua et area sitis extra muros nostros, et ipsarum pertinentiis, pro 15 marcis Bremensis argenti et ponderis unius marce et dimidie redditus, quos dabunt predicto Radolfo vel alicui de concivibus nostris qui presentem literam presentaverit coram nobis, annis singulis, scilicet medietatem in assumptione beate Marie virginis et medietatem in cathedra sancti Petri [2]), nomine pensionis. Ea tamen conditione, quod reemendi facultatem habebunt liberam pro eadem summa pecunie infra quatuor annos continuos a cathedra sancti Petri nunc proxima, cum propria ipsorum pecunia et non alterius, dummodo terminum reemptionis prefatum Radolfum vel eum, qui hanc literam habuerit, prescire fecerint ad sex menses. Et ipsum fiet, si memoratus Radolfus suam pecuniam duxerit repetendam. Elapsis vero predictis quatuor annis, si reemere neglexerint, perpetuus erit census. Venit eciam in conditionem, quod, si memoratus Hermannus vel heredes sui domum et aream predictas medio tempore vendere voluerint, tunc ipsas prenominato Radolfo aut ei, qui hac litera munitus fuerit, primo et principaliter exhibebunt. In quorum omnium testimonium nos . . . [3]), tunc temporis consules civitatis Bremensis, sigillo nostro roboravimus presens scriptum. Datum Breme in dominica Esto michi, anno Domini 1295.

---

[1]) *einzeln wohnende, einem Orden nicht angehörige Klausnerinnen.* — [2]) *August 15. und Februar 22.* — [3]) *es folgen 14 Namen.*

160. (134.) *Veräusserung von Mündelgütern durch den Vormund. Vorbehalt der Zustimmung des Mündels. Pfandsatzung am ganzen Vermögen.* 1295, März 8.

Fontes rerum Austriacarum, Diplomataria 11, 281, No. 314. Vgl. Kraut, Vormundschaft 2, 4 ff.; von Meibom, Das deutsche Pfandrecht, 413.

Ego Ulricus dictus Matzo confiteor per presentes, me a religiosis viris dominis Bertholdo abbate et conventu monasterii Sancte Crucis [1]) cuiusdam puelle Gisele nomine, cuius mihi curam assumpsi, in solucionem cuiusdam domus in Paden, quam ab ipsis iure civili [2]) possederat, 18 talenta denariorum Wiennensium integraliter accepisse in utilitatem iam dicte puellule convertenda. Et quia in contractu vendicionis domus prefate dicta Gisela nondum annos legitime etatis attigerat, pro firmitate contractus huiusmodi promisi et sub ypoteca omnium bonorum meorum promitto, prefatos abbatem et conventum ab omni impeticione dicte puelle defendere et tueri ac tam diu servare indempnes, quousque eadem ad annos plene et a iure indulte etatis [3]) perveniens dictum contractum ratificet omnique actioni renunciet atque iuri, si quid sibi in predicta domo competeret aut competere videretur. Qua renunciacione peracta, ab obligacione, quam feci abbati et conventui memoratis, ex tunc in antea liber ero, et presens scriptum mihi restituetur integrum atque salvum. In cuius obligacionis mee legitime testimonium et cautelam presens scriptum meo ac avunculi mei, domini Ottonis de Haslaw, nec non Ottonis de Paden sigillis volui et pecii comuniri. Datum in Paden anno Domini 1295, 8. idus Marcii.

161.* *Schuldschein dreier Stadtgemeinden als Präsentationspapier mit Pfändungsklausel.* 1295, März 28.

Van den Bergh, Oorkondenboek van Holland en Zeeland 2, 412, No. 901. Vgl. das Citat zu No. 159.

Wi scepenen alghemêenlike ende die ghemêente van drîen steden, namelike van Dordrecht, van Zirixe ende van Middelburch, dôen te wetene allen den ghenen die dese lettre sullen sîen ofte hôren lesen, dat wi sculdech sîn onsen lieven vrient Ghêrâert Bâerde, portre [4]) in Brugge, twêe hondert pont ende dertech pont gôeder nûwer Inghelscher peninghen, die welke hi ons gelêent hevet ter orbâren ende ter nutscapen der ghemêenten en ten vorseiden drîen steden, dâer af dat wi ons wel ghepait houden. Ende dese vorseide peninghe die wi hem sculdech sîn, sô gheloven wi hem ende elc overal te gheldene desen vorseiden Ghêrâerde, joft den

[1]) *Heiligenkreuz im Wiener Walde.* — [2]) *zu Burgrecht, d. h. gegen Zins; vgl.* Arnold, *Zur Geschichte des Eigentums in den deutschen Städten, 142.* — [3]) *in der Vorlage wird hier* annos *wiederholt.* — [4]) *vgl. S. 100, Anm. 2.*

ghenen die dese lettren bringhen sal, te sente Andries messe[1]) die êerste die comen sal. Wâre ôec dat sake, dat wi des niet ne dâden, ende dese vorseide Ghêrâert Bâert, oft die houdere es van deser lettren, cost oft scade hadde bi fauten van onsen paiemente, wi scepenen ende die ghemêente vorseide willen ghehouden sîn te gheldene dien cost ende die scade[2]) ter vore nomeden scult[3]) op sîns selfs simpel segghen jof des ghêenes die houdere es van deser lettren, sonder ênighen êet jof ander prôeve[4]) te dôen. Ende in desen sticken sô binden wi ons ende al onse gôet dat wi hebben joft hebben sullen: in dirre manieren, dat dese vorseide Ghêrâert, jof die houdere es van deser lettren, mach dôen rastêren[5]), ende houden te sînen vrîen eighendôme, met sowat gherechten dat hi wille, in sowat steden dat ment vonde, bî wâtre jof bî lande. Vort dôen wi ons bûten alle exceptien van der lêeke wet ende van der clerke wet[6]), alle previlegien ende alle bescermenisse van crûcen[7]) die ghenôemen sîn jof noch te nemene sîn, ende al dat ons te hulpen joft te scaden mochte stâen, in sowat manieren het wesen mochte, te segghene jof te dôene jeghen dese lettren in orkonde scepenen van desen sticken. Ende omme dat wi willen, dat si vast ende ghestâde blîven sonder mâlen ende gîen[8]), so hebben wi vorseide scepenen ende ghemêente dese lettren in kennissen gheseghelt met drîen seghelen ûthanghende van der vorseiden drîen steden, namelike van Dordrecht, van Zirixe ende van Middelburch. Dese lettren wâren ghemâecht int jâer ons Hêeren dat men screêf dûsent twêe hondert nêghentich ende viere, 's mâendaghes nâer palmesondaghe in April.

162. (135.) *Verkauf verfangener Güter. Nichtberechtigung der Kinder zweiter Ehe an denselben.* 1295, März.

Böhmer, Urkundenbuch der Reichsstadt Frankfurt, 293. Vgl. Schröder, Geschichte des ehelichen Güterrechts 2, 2, 131 Anm. 29.

Nos Volradus scultetus, . . scabini ceterique cives de Frankenvort tenore presencium recognoscimus, quod Irmengardis apud fratres minores, nostra concivis, in nostri presencia constituta, mole sue inopie et paupertatis, accedente consensu suorum liberorum: Hannemanni, Katherine et Adelheidis, quos ex primo suo marito legittimo procreaverat, vendidit domum suam ex opposito minorum fratrum Frankenvort sitam iuste et racionabiliter Ludewico sutori et Ude uxori eius legittime, nostris concivibus, iure proprietario perpetuo possidendam, resignans et renuncians eadem Irmengardis una cum dictis suis liberis in figura iudicii omni iuri, quod ipsi in prefata domo competebat;

---

[1]) *November 30.* — [2]) *in der Vorlage wird hier ohne Grund eine Lücke angenommen. R.* — [3]) *so statt* tervoremscult *der Vorlage. R.* — [4]) *Beweis.* — [5]) *arrestieren.* — [6]) *weltliches (Laien-)Recht und canonisches (Cleriker-) Recht.* — [7]) *Abzeichen der Kreuzfahrer, zu deren Gunsten vielfach Moratorien bewilligt wurden.* — [8]) sonder malen ende gîen (*statt* malengien *der Vorlage) formelhaft, gleichbedeutend dem sonst vorkommenden:* sonder alre hande tale. *R.*

promittens nichilominus predicto Ludewico et sue coniugi de ipsa domo facere warandiam iuxta consuetudinem civitatis Frankenvordensis debitam et consuetam. Empcione premissa coram nobis sic legittime facta, Nicolaus, Culemannus et Philippus, secundi pueri sive liberi per ipsam Irmengardim a secundo marito suo quem superduxit procreati, comparentes coram nobis, impetendo et in causam trahendo prefatos Ludewicum et eius coniugem super emptione ipsius domus ipsis per ipsam Irmengardim factam, pretendentes et allegantes, quod huiusmodi empcio domus minus esset valida, et optulerunt se probaturos, quod ipsi cum primis pueris prelibate Irmengardis essent legittime eciam de ipsa domo hereditati. Et cum hoc probare deberent, in sua probatione penitus defecerunt. Nos vero . . scultetus et . . scabini supradicti, omnibus premissis auditis plenius et intellectis, maturo consilio habito, sententiando pronunciavimus et in hiis scriptis pronunciamus, secundos pueros ipsius Irmengardis, videlicet Nicolaum, Culemannum et Philippum, in sepedicta domo nil iuris habere, adiudicantes eandem Ludewico et eius coniugi ac eorum heredibus per sententiam memoratis. Testes huius sunt: Volradus scultetus, Wernherus de Wanebach, Gipelo de Holzhusen, Hertwicus de Alta Domo, Arnoldus de Glauburg, Cunradus Burneflecka, Cunradus de Spira, Sifridus de Gisenheim, Rudegerus de Holzhusen, scabini, et quam plures alii fidedigni. In cuius rei testimonium nos . . scultetus et . . scabini supradicti sepedictis Ludewico et eius heredibus presentes litteras sigillo universitatis Frankenvordensis tradimus communitas. Actum anno Domini 1295, mense Marcii.

163. (136.) *Gemeinsame Verfügung kinderloser Ehegatten in Einkindschaftsweise über ihre Errungenschaft zu Gunsten der beiderseitigen Vorkinder. Kinderzeugen bricht Ehestiftung.* 1296, September 15.

Guden, Codex diplomaticus 1, 895. Vgl. Beseler, Erbverträge 1, 8; Schröder, Geschichte des ehelichen Güterrechts 2, 2, 264 f., 182 Anm. 53.

Nos Heinricus de Hazichstein, miles, et Agnes, relicta quondam Sifridi militis de Husinstam, coniuges, tenore presentium recognoscimus et ad universorum noticiam cupimus pervenire, quod communicata manu, unanimi consensu et libera voluntate omnia bona nostra mobilia et immobilia, que a tempore quo matrimonium contraximus usque ad presens tempus comparavimus et adepti sumus, et que comparare et adipisci possumus in futurum[1]), liberis nostris quos ipso tempore contractus matrimonii habuimus, videlicet mei Heinrici quatuor liberis et mee Agnetis tribus pueris, tradimus, donamus et assignamus, ut ipsa bona omnia et singula post mortem nostram

[1]) *ausgeschlossen blieben die verfangenen Güter; charakteristischer Unterschied gegenüber den Einkindschaftsverträgen im engeren Sinne.*

equaliter dividant et possideant tamquam veri fratres et sorores et legitimi coheredes, nisi alios pueros, Deo volente, procreaverimus, qui maiori et pociori iure ipsis bonis succedent, quibus nolumus aliquod preiudicium generari. Promisimus etiam et promittimus, fide prestita manuali loco iuramenti, et eligimus, quod, quicunque nostrum ex permissione divina primo emigraverit ab hac vita, superstes ad alias nuptias nullatenus evolabit; sed si secus fecerit, quod absit, omnia bona mobilia et immobilia una cum omnibus bonis que possidet et quibus successit ex morte progenitorum suorum predecessorum, et qualicumque modo ad eum sint devoluta, tamquam ex morte ipsius dinoscerentur vacare et libera ad prefatos liberos nostros libere devolventur. Sed si superstes permanet sine contractu aliarum nuptiarum, huiusmodi bona omnia et singula ad tempora vite sue quiete et pacifice possidebit, et deinde post obitum ipsius superstitis ad predictos nostros liberos devolventur et ab eisdem, ut est predictum, equaliter dividantur. Hoc tamen salvo permanente, quod bona, quibus quilibet nostrum ex morte suorum progenitorum predecessorum successit vel qualiter ad eum sint devoluta, post mortem uniuscumque nostrum ad suos heredes, ut iustum et consuetum fuerit, revertentur[1]). Testes huius rei sunt: Volradus scultetus Frankenvordensis, Cunradus Suevus de Sassinhusin, Sifridus, Gerhardus et Cunradus de Husinstam, Thilmannus Cappellarius, Henricus quondam scultetus Frankenvordensis, Hermannus Schelmo de Bergin, Theodericus de Bomirsheim, Wintherus de Bruningisheim, milites, Arnoldus de Glouburg, Sifridus de Gisinheim, Ruthegerus et Ludewicus de Holzhusin, Johannes Golstein, scabini, et quam plures alii cives Frankenvordenses fide digni. In cuius rei evidentiam et firmitatem pleniorem presentes litteras sigillo universitatis Frankenvordensis rogavimus communiri. Et nos Volradus scultetus et . . scabini Frankenvordenses ad rogatum Henrici militis et Agnetis, coniugum prefatorum, sigillum universitatis nostre presentibus appendimus in testimonium omnium premissorum. Actum et datum anno Domini 1296, sabbato proximo post exaltacionem sancte crucis.

164. (137.) *Rentenkauf. Bedingte Investitur zur Sicherstellung der Rente (Proprietätspfand) unter Rückgabe des Besitzes an den Rentenschuldner.* 1297, Januar 19.

Mone, Zeitschrift für die Geschichte des Oberrheins 20, 311, No. 48. Vgl. No. 129.

Nos Cuno, miles de Kirwilre, et Kunigundis eius legitima recognoscimus publice per presentes et universis presencium inspectoribus volumus esse notum, nos iusto vendicionis titulo unanimi

[1]) *der besondere Erwerb jedes Ehegatten durch Erbschaft oder Schenkung wurde also von der Vergabung ausgeschlossen und sollte seinen Vorkindern vorbehalten bleiben.*

consensu vendidisse Heinrico de Nidecke, civi Spirensi, et Gertrudi eius legitime 20 modios siliginis boni et dativi super 60 iugeribus campestribus et 13 iugeribus pratorum, sitorum in terminis ville Vischelingen ad nos pertinentibus, perpetuo dandos et presentandos per nos et nostros heredes dicto Heinrico et Gertrudi eius legitime et eorum heredibus in civitatem Spirensem cum mensura Spirensis civitatis, nostris expensis, periculo, laboribus et vecturis, ante quamcumque domum voluerint, in nativitate sancte Marie annuatim. Alioquin, si in hoc erimus negligentes, ipsi coniuges et sui heredes sine contradictione ad se tollent et trahent dicta bona. Que bona pro bonis liberis ipsis coniugibus coram strenuo viro domino Erphone, milite de Wingarten, domino et advocato dicte ville Vischelingen, et Berhtramo sculteto suo et iuratis decem ville resignavimus et nos resignasse publice profitemur ac in subpignus, quod dicitur *underpfant*, ipsis bona eadem constituisse et tradidisse et tandem ab eis recepisse pro dicta pensione solvenda perpetua annuatim, ut est dictum, nos et nostros heredes ad observandum omnia predicta presentibus litteris obligantes fideliter, fraude et dolo penitus circumscriptis. Super quibus omnibus dictus Erpfo miles et Berhtrammus eius scultetus ex debito sui officii dedit hos in testes: Cunradum dictum Cenner plebanum dicte ville, et Anshelmum plebanum de maiori Vischelingen, Heinricum dictum Kruselman armigerum, et iuratos dicte ville, scilicet Swiggerum, Heinricum dictum Kuninc, Berhtoldum, Johannem et Johannem dictum Slupfeloch preconem, Berwelfum filium Berhtoldi, Nebelungum filium Johannis, Hertelinum de Siebeldingen, Alradum de Kirwilre et alios quam plures fidedignos vocatos et rogatos pro testibus ad premissa. Recognoscimus eciam nos pro dicta pensione a dictis coniugibus Heinrico et Gertrudi recepisse 86 libras Hallenses, pecunie numerate, tradite et solute. In quorum omnium evidenciam damus dictis coniugibus has patentes litteras, meo Kunonis et Erphonis militis predicti, iudicis dicte ville, sigillis fideliter conmunitas, et promittimus, quando ambo venerimus Spiram, quod coram iudicibus Spirensibus recognoscemus predicta omnia esse vera. Datum anno Domini 1297, in crastino Prisce virginis.

165. (138.) *Hausleihe. Handänderungsgebühr (Ehrschatz). Vorkaufsrecht des Grundherrn. Eheliche Errungenschaftsgemeinschaft in Strassburg. Schenkungen unter Ehegatten.* 1299, März 23.

Mone, Zeitschrift für die Geschichte des Oberrheins 5, 391. Vgl. No. 135 und Schröder, Geschichte des ehelichen Güterrechts 2, 2, 50, 174 f., 261.

Wir, Ruelîn Riplîn der meister und der rât von Strâzburg, tuont kunt allen den, die disen brief gesehent und gehœrent lesen, daz her Niclawes Tütschmann, unser burgere, und vrô Engele, sîne würtin, hânt verluhen mit gesamenter hant für sich und alle ir erben zuo

eime rehten erbe ir hovestat zwischent brucken, zwischent Bischoves hûs des oleimannes ein sîte, und ander sîte stât daz hûs zuo dem Huote, dâ Ludewîges hûs von Wasselnheim uffe stât, dem selben Ludewîge und Metzen, sîner würtin, und allen irn erben und nâchkommen umb ein pfunt zinses genger und gêber Strâzburgere, âne hôher steigen. Den zins sol men halben geben alle jâr zuo sunnigehten [1]), und den andern halben zuo wîhenahten. Der selbe Ludewîg und Metze, sîn würtin, gênt dekeinen êrschatz; swer ez aber nâch in zwein enphâhet, der gît êrschatz, aber von der hoveherren wandelungen gît men dekeinen êrschatz. Wellent ouch die hovesêzen ir reht an der hovestete und an dem hûse duffe [2]) verkoufen, sie süllent ez den hoveherren von êrst bieten; wellent die nüt drumbe geben als vil als ander liute, sie süllent ez verkoufen anderen liuten; unde wer ez danne koufet, der gît êrschatz; und dâ nâch, als dicke sô sie verendert wirt, sô gît men êrschatz; und sol mens ouch den setzen mit dirre selben gedinge. Wirt ouch die hovestat von der hoveherren wegen verkouft, enweg gegeben, oder swie sie verendert wirt: an swen si gevellet, der sol den hovesêzen dise gedinge stête lân. Sô sol men ouch wizzen, daz der vorgenant Ludewîg Metzen sîner würtin het gegeben sîne zwei teil des hûses und die zwei teil sînes rehtes an der hovestete zuo eime rehten widemen, und het ir daz vür uns gevertiget als reht ist, alsô daz sie die selben zwei teil habe und niezze in widemes wîs und nâch widemes rehte. Sô het ouch die selbe Metze Ludewîge, iren würt, ir dritte teil an dem hûs und an der hovestete gewidemet, und het ez im gevertiget als reht ist. Daz diz wâr und stête sî, dar umbe ist unserre stette ingesigele an disen brief gehenket zuo eime urkünde; der wart gegeben an dem mêntage ante Lêtâre, dô von Gots gebürte wârent 1299 jâr. Her ane wâren wir Ruelîn Riplîn, her Niclawes Otte Friderîch, her Burkart der Pfiler und her Niclawes der junge Zorn, die vier meistere, her Heinrîch von Wolfgangesheim, . . . [3]), der rât.

166. (140.) *Verkauf einer Rente durch einen Minderjährigen, unter Zuziehung eines selbstgewählten Vormundes als Salmann. Spuren des römischen Rechtes.* 1300, December 5.*

Mone, Zeitschrift für die Geschichte des Oberrheins 11, 246. Vgl. Kraut, Vormundschaft 1, 148, 150 ff. und Stobbe in der Zeitschrift für Rechtsgeschichte 7, 429.

Ich Heinrîch, hern Uolrîches sêligen sun von Rapoltstein [4]), mit willen und gehellunge grâven Cuonrâdes von Frîburg, mîns salmans, den ich zuo salman nam, wonde ich under mînen jâren was, mit urteilt [5]) vor geriht ze Kenzingen, tuon kund allen den, die disen brief

[1]) = in solstitio, *Juni 24.* — [2]) *zusammengezogen aus* da uffe. — [3]) *es folgen noch 19 Namen von Herren.* — [4]) *Oberelsass.* — [5]) = urteilde: *Urteil.*

ansehent oder hœrent lesen, daz ich hân verkouft und gegeben ze koufenne dem abbet und dem convent von Thennibach 3 march geltes, die ich hatte ûf dem nidern hof ze Langenbogen, der mich mîn œhein sêlig, her Heinrîch von Geroltseke gewerot solt hân, umb 30 march lœtiges silbers Frîburger gewêges, und vergihe, daz mir daz silber gar worden ist und in mînen nutze gekêrt. Ich verzîhe mich ouch der vorgeschribenen 3 march geltes für mich und alle mîn erben âne alle gevêrde, und verzîhe mich ouch aller reht, die ich hân möht an den vorgeschriben 3 march geltes, daz ich üt gesprechen möhte, daz ich under 25 jâren wære, oder betrogen über daz halbteil an dem kouf, oder daz mîn wîp dekein reht an dem selben guot hette, und gemeinlich alles rehtes und vorderunge, dâ mit ich oder mîn erben beholfen möhtin werden wider disen vorgeschribenne kouf. Ich globe auch, swenne ich zuo mînen jâren kume, daz ich sü dis koufes wern und vertigon sol, alse billich und reht ist. Ich hân ouch ûf den heiligen gesworn, allez daz stête ze hânne, daz hie vor geschriben stât, und daz diz wâr sî und stête belîbe, sô hân ich mîn ingesigel an disen brief gehenket und besigelt. Wir, grâve Cuonrât von Frîburg und her Ruodolf von Üsenberg vergehen und geloben dem abbet und dem convent von Thennibach wer ze sînne, swaz hie vor geschriben stât, daz daz von dem vorgeschriben Heinrîch von Rapoltstein und allen sînen erben ganze und stête belîbt. Wir, grâve Cuonrât von Frîburg, her Hesso und her Ruodolf von Üsenberg, und wir der schultheize und der rât von Kenzingen hent ünserü ingesigel an disen brief gehenket dur des vorgenanten Heinrîches von Rapoltstein bette zuo eim oufen urkünde. Har an, dô diz geschach, wâren die hie nâch geschriben stânt: her Uolrîch, ein ritter, geheizen der Zolern von Kenzingen, Cuonrât geheizen der Rouber, schultheize, Wernher Milenbach und sîn sun Albreht, Hûgo von Maltertingen und Hûg sîn sun, Heinrîch Hunolt, Berhtolt Stêhelli, Cuonrât der krâmer und Albreht sîn bruoder, burger von Kenzingen, und ander biderbe liute genuoge. Diz geschah ze Kenzingen under der rihtloubun, und wart dirre brief gegeben, dô man zalte von Gottes gebürte 1300 jâr, an sante Nicolaus âbent.

167.*(141.) *Frauentestamente in Lübeck der Zustimmung des Ehemannes und der nächsten Erben bedürftig. Statutarische Portion bei kinderloser Ehe.* (um 1300.)

Lübecker Oberhofsentscheidung für Elbing bei Stobbe, Beiträge zur Geschichte des deutschen Rechts, 164. Vgl. Pauli, Abhandlungen aus dem Lübischen Rechte 3, 387 ff. und Schröder, Geschichte des ehelichen Güterrechts 2, 3, 25 f., 229.

Scripsit nobis discrecio vestra, quandam feminam, vestram concivem, in extremis iacentem in presencia fratrum suorum et sororum et duorum consulum[1]) rogasse maritum suum, eam licere denarios

[1]) *über die zwei Ratmänner, deren Zuziehung in Lübeck bei jedem Testamente zur gesetzlichen Form gehörte, vgl.* Pauli, *Abhandl. 3, 202 ff.*

aliquos et suum vestitum egentibus amicis et pauperibus distribuere propter Deum, adhibueritque maritus consensum, fratres autem et sorores, qui simul aderant, tacuerint nec contra dixerint. Unde merito satis et de iure donacio pusilla, quam hiis ita se habentibus eam fecisse scribitis, debet stabilis permanere. Continebat insuper littera vestra, dictam feminam retulisse, quod cetera bona singula, quecumque essent, maritus eius deberet sibimet integraliter reservare, et quod unus dictorum consulum ad illa responderit sic dicendo: 'Ita secundum iusticiam civitatis'; et quod hoc prolato tacuerint omnes, nec ad ea quisquam ex eis quicquam sit locutus. Unde nostram scire desideratis iusticiam super eo. Scire vos cupimus, quod nulla femina bona dotalicia sive bona que produxit ad suum maritum, sive talia bona sint mobilia vel immobilia, dare, legare vel alienare poterit absque proximorum heredum consensu, ad quos devolvi debent huiusmodi bona post alicuius obitum mulieris. Quare, cum, ut nobis insinuastis, fratres et sorores ipsius domine consensum non adhibuerint ad premissa et dictus consul protestacionem fecerit coram assedentibus sic dicendo: 'Ita secundum iusticiam civitatis', heredes proximi dicte femine tollent medietatem quorumlibet bonorum que produxit ad maritum suum hec femina, et reliquam medietatem maritus eius secundum nostre civitatis iusticiam retinebit.

168. (142.) *Verkauf einer Getreiderente aus einem verfangenen Grundstück, das zugleich als Pfand gesetzt wird. Bürgenstellung für die Gewähr seitens der Verkäufer.* 1301, Januar 14.

Böhmer, Urkundenbuch der Reichsstadt Frankfurt, 337. Vgl. Schröder, Geschichte des ehelichen Güterrechts 2, 2, 125; von Meibom, Das deutsche Pfandrecht, 482—443.

Nos Heinricus scultetus, . . scabini et . . consules de Frankinvord tenore presencium recognoscimus publice profitendo, quod Gerlacus de Rorbach miles, noster concivis, una cum Eberwino, Theoderico et Gerlaco filiis suis, quos quondam a domina Jutta de Cronenberg, uxore eius legittima, procreaverat, communicata manu parique consensu vendidit iusto vendicionis titulo Wicgero de Ariete et Katherine uxori eius legittime, nostris concivibus, eorumque heredibus super uno manso proprietario in terminis superioris ville Dorvelden sito, quem quidem mansum dictus Gerlacus cum dicta uxore sua Jutta emerat et comparaverat apud Wolframum campanarium ibidem, octo octalia siliginis, Frankenvordensis mensure, annue et perpetue pensionis, que vero octo octalia siliginis prefatis Wicgero suisque heredibus singulis annis infra duo festa assumptionis et nativitatis beate Marie virginis[1]) debent porrigi Frankinvord et amministrari. Resignans et renuncians idem Gerlacus una cum dictis suis filiis

[1]) *zwischen August 15. und September 8.*

omni iuri quod eisdem in predictis octo octalibus siliginis conpetebat, promittens nichilominus prelibatis Wicgero suisque heredibus de eadem pensione siliginis facere warandiam iustam, debitam et consuetam. Et super ipsa warandia facienda Heinricum de Hatzichenstein et Volradum quondam scultetum Frankinvordensem, milites, memoratis Wicgero et eius heredibus constituit fideiussores. Condictum est eciam, quod quocumque casu contingente sepedicti Wicgerus vel sui heredes in predicta pensione siliginis inpedimenta paterentur, ipsi se de predicto manso, unde ipsa pensio siliginis derivatur, intromittere debebunt et ipsum mansum locare tamdiu, quousque ipsi suam pensionem siliginis neglectam penitus consequantur. Testes huius rei sunt: Arnoldus de Glauburg, Hertwicus de Alta Domo, Sifridus de Gisinheim, Cunradus de Spira, Cunradus Burneflecke, Markolfus de Lintheim, Rudegerus et Ludewicus de Holzhusen, Johannes Goltstein, scabini, et quamplures alii fide digni. In cuius rei testimonium et debitam firmitatem nos . . scultetus et . . scabini antedicti ad rogatum parcium predictarum sigillum universitatis Frankinvordensis presentibus duximus appendendum. Actum anno Domini 1301, in crastino octave epiphanie Domini.

169. (143.) *Hausleihe. Verbindung einer vom Beliehenen zu kaufenden Rente mit dem Hause als Verfallpfand zur Sicherung der Zinspflicht und der Wiederherstellung des Hauses im Falle der Zerstörung desselben. Hinterlegung von Münzproben bei Gericht.* 1301, Juni 5.

Lacomblet, Urkundenbuch für die Geschichte des Niederrheins 3, 8, No. 11. Vgl. No. 135, besonders Arnold a. a. O. 190.

Notum sit tam presentibus quam futuris, quod providus vir Franco dictus de Cornu, miles de Colonia, pro se et heredibus suis vendidit, locavit et resignavit perpetue et hereditarie nobili viro domino Theoderico comiti Clivensi, qui sibi et nobili domine Margarete comitisse, uxori sue legitime, et liberis suis procreatis ab eadem emit et acquisivit erga ipsum domum suam et curtim sitas Nederich ex opposito capelle sancti Servatii, inter curtim que vocatur ad Portam et ecclesiam hospitalis sancti Johannis Baptiste Coloniensis, ante et retro, subtus et supra, prout iacent, cum suis areis et attinentiis, et sicut idem Franco eas habuit in sua proprietate: tali conditione, quod iidem dominus . . comes, domina . . comitissa vel eorum liberi dabunt et persolvent eidem Franconi vel suis heredibus sedecim marcas bonorum antiquorum Brabantinorum denariorum vel unum bonum grossum Thuronensem regis de Francia, legalem in pondere et valore pro quatuor denariis, dandum et pagandum singulis annis in festo nativitatis Domini sine protractione. Et si dictus census non solveretur infra mensem post terminum memoratum, extunc prefati dominus . . comes, . . comitissa vel eorum liberi cadent in penam sex marcarum denariorum predictorum persolvendam cum

censu supradicto. Si vero per secundum, tertium, quartum, quintum et sextum menses census huiusmodi non daretur cum penis, scilicet de quolibet mense sex marcis, extunc prefate domus et curtis cum earum attinentiis, melioratione et edificiis cedent et devolventur libere et solute in manus Franconis vel heredum suorum predictorum. Ne autem in posterum, si grossi Thuronenses vel Brabantini denarii legales non possent inveniri nec haberi sine dolo, super pagamento pro censu predicto dando dissensio oriatur, dominus . . comes predictus poni fecit novem grossos Thuronenses regis examinatos in pondere et valore pro idea, que *stale* dicitur [1]), in scrineum scabinorum de Nederich, ut secundum pondus et valorem grossorum Thuronensium predictorum census detur et pagetur, ne in ipsa hereditate perdenda valeat circumveniri. Preterea dominus . . comes Clevensis comparabit denariis suis in civitate Coloniensi sex marcas hereditarii census, quem connectet et obligabit ad hereditatem memoratam, tali modo, si predicte domus et curtis incendio, quod absit, consumarentur vel ex vetustate vel ex necgligentia refectionis, ubi necesse foret, casum paterentur et ruinam, et dominus . . comes, domina . . comitissa aut eorum liberi predicti a tempore huiusmodi incendii, casus vel ruine non inciperent nec perficerent infra duos annos continuos reedificari et consumari, nec solverent ipsum censum sedecim marcarum suo termino, sicut est premissum, extunc sex mensibus elapsis, extunc dicta area cum censu sex marcarum predicto cedet et devolvetur libere et solute Franconi et heredibus suis antedictis, ita quod de hiis disponere poterunt quod eis visum fuerit expedire, sine domini . . comitis, domine . . comitisse et suorum liberorum contradictione qualibet et offensa. Condictum est etiam, quod idem Franco omnem iustam allocutionem deponet a quocunque et warandiam prestabit domino . . comiti, domine . . comitisse et eorum liberis per annum et diem secundum ius et consuetudinem civitatis Coloniensis in hereditate memorata. Et si aliquis in posterum huiusmodi hereditatem propter aliquam causam occasione domini . . comitis, domine . . comitisse vel liberorum suorum predictorum impeteret, alloqueretur vel arrestaret, in hoc predicti Franco et successores sui in eadem se opponent, fundum suum et hereditatem defendendo, quod *vurstâin* vocatur, fraude et dolo cessantibus in premissis. Actum et datum anno Domini 1301, in die beati Bonifacii.

170. (146.) *Gerichtliche Ermächtigung der Ehefrau zu einem Rentenverkauf in Abwesenheit des Mannes.* 1310, Juni.

Böhmer, Urkundenbuch der Reichsstadt Frankfurt, 389. Vgl. Schröder, Geschichte des ehelichen Güterrechts 2, 2, 40.

Nos Volradus miles, scultetus, et scabini de Frankinford recognoscimus per presentes, quod Metza dicta zu dem Butschue,

[1]) *hier: Vorbild, Muster zur Vergleichung, auch vorgeschriebenes Mass des Einkaufsgeldes in einer Zunft; franz.* étalon.

nostra concivis, coram nobis in figura nostri iudicii constituta proponens, quod cum domus sua dicta zu dem Butschue esset per concremationem et incendium ignis consumpta penitus et destructa nec ad edificandum et construendum aliam domum et ad solvendum unam marcam denariorum usualium annui census, quam annis singulis solvere consuevit et solvit ecclesie sancti Bartholomei Frankenfordensi, eidem proprie non suppetent facultates, petivit cum instancia per nos . . scabinos sententiam sibi dari: si super aream ipsius domus zu dem Butschue et edificia eius ante et retro posset vendere annuum censum pro edificatione alterius domus et solucione marce census predicti, liberorum suorum et Volgwini mariti sui legitimi, per multa tempora absentis et profugi, contradictione qualibet non obstante. Hiis itaque propositis et per nos . . scabinos plenius intellectis, quia nobis constabat premissa omnia esse vera, nos per diffinitivam nostram sententiam pronunciavimus et presentibus pronunciamus: predictam Metzam pro edificatione alterius domus et solucione marce census annualis posse et debere licite vendere et alienare supra dictis area et edificiis aliquem censum annuum, contradictione liberorum, mariti et aliorum quorumlibet non obstante. Sentencia vero huiusmodi sic per nos lata, antedicta Metza zu dem Butschue coram nobis constituta vendidit iusto vendicionis titulo Hermanno dicto de Ovenbach, genero quondam Cunradi dicti Clobelouch, et Methildi uxori eius legitime, nostris concivibus, eorumque heredibus super predictis area et domibus, videlicet anteriori domui zu deme Butschue et posteriori domui, que se extendit in die Bendirgassin, quindecim solidos denariorum Coloniensium usualium, singulis annis nomine annui census in festo beati Martini de premissis area et domibus tollendas et percipiendas. Resignans et renuncians eadem Metza omni iuri, quod ipsi vel suis heredibus in supradictis quindecim solidis Coloniensium denariorum annui census competebat, de plano et precise. Testes huius sunt: Hertwinus de Alta Domo, Conradus de Spira, Sifridus de Gisinheim, Johannes Goltstein, Markolfus de Lintheim, Drutwinus Schrenke, Hertwicus de Vite, Wiglo de Wanebach, Wiglo Rana, Adolfus Clobelouch, scabini, et quam plures alii cives Frankenfordenses fide digni. Et nos . . scabini antedicti recognoscimus, ad requisitionem supradictarum parcium nos sigillum universitatis nostre in Frankenford presentibus appendisse in testimonium omnium premissorum. Actum et datum anno Domini 1310, mense Junii.

171. (147.) *Verkauf einer Getreiderente. Uebertragbarkeit des Rechtes der Kinder an verfangenen Gütern in Frankfurt a. M.* 1312, Mai 8.

Böhmer, Urkundenbuch der Reichsstadt Frankfurt, 400. Vgl. No. 137.

Scultetus, scabini ac consules Frankenfurdenses. Cunctos Christi fideles scire volumus per presentes, quod constitutus coram nobis Culmannus, filius Jutte dicte Melpoden, noster concivis, Guda ac

Jutta sororibus suis legitimis presentibus et expresse consentientibus, vendidit et se vendidisse recognovit redditus sex octalium pure siliginis, sibi pro sua portione virili ex successione hereditaria post mortem Jutte, matris sue prescripte, cedentes, sitos in villa Harheim, Hermanno dicto Winken, fratri suo, et Cuse, uxori sue legitime, eorumque veris et legitimis heredibus possidendos perpetuum et tenendos, pro quindecim marcis Coloniensium denariorum bonorum ac legalium, tribus Hallensibus pro denario computatis, quas quindecim marcas plene numeratas, traditas et assignatas ab eodem Hermanno emptore se recognovit recepisse et in suos usus necessarios convertisse. Insuper Guda et Jutta, sorores Culmanni ac Hermanni, fratrum predictorum, sponte elegerunt, quod si Culmannus venditor, frater eorum, ante mortem matris sue decederit, ipsam emptionem ratam habere atque firmam, et contra ipsam nunquam venire verbo, opere, neque facto. Testes huius rei sunt: dominus Volradus scultetus, miles, Conradus de Spira, Markolfus de Lintheim, Johannes dictus Goltstein, Culmannus de Ovenbach, Wigelo de Wanbach, Adolfus dictus Knobelauch, scabini Frankenfurdenses, et quam plures alii fide digni. In cuius rei stabilem permanentiam et perpetui roboris firmitatem ad preces partium prescriptarum damus presentes litteras, maiori sigillo civitatis Frankenfordensis fideliter communitas. Datum et actum anno Domini 1312, 8. idus Maii.

172. (148.) *Ermächtigung zum Verkaufe einer Rente aus einem verfangenen Gute. Das Recht des überlebenden Elternteils verwirkt durch schlechte Wirtschaft. Rechtliche Natur der Verfangenschaft.* 1315, Juli 21.

Böhmer, Urkundenbuch der Reichsstadt Frankfurt, 415. Vgl. Arnold, Zur Geschichte des Eigentums in den deutschen Städten, 225—248; Schröder, Geschichte des ehelichen Güterrechts 2, 2, 128, 134.

Nos . . scultetus et scabini Frankenvordenses tenore presencium publice recognoscimus et ad universorum noticiam cupimus pervenire, quod Thilemannus dictus Rendelere in iudicio constitutus coram nobis recognovit, se iusto vendicionis titulo vendidisse discreto viro magistro Johanni medico et suis heredibus dimidiam marcam denariorum Coloniensium, tribus Hallensibus pro quolibet denario computandis, annui census, singulis annis persolvendam[1]) perpetuo futuris temporibus in festo beati Martini episcopi hiemali, de domo sita in der Snargassen prope domum dicti Sleht Beckere pistoris, pro octo marcis et uno fertone predictorum denariorum[2]), quas ipse predictus Rendelere recognovit, se ab eodem magistro Johanne recepisse ac sibi datas, traditas ac numeratas. Quem vendicionis con-

[1]) *die Vorlage hat* persolvenda. — [2]) *für* $^1/_2$ *Mark Rente werden also* $8^1/_4$ *Mark Kapital gegeben. Zinsfuss:* $6^2/_{33}$ %.

tractum de consensu propinquorum pueri dicti Rendelere sic admisimus, ut prefatus Rendelere deinceps nichil de bonis vel rebus predicti pueri sui vendat, distrahat aut casu aliquo alienet, quodque ad taxillos non ludat vel alia faciat, per que predictus minor in bonis et rebus predictis detrimentum incidat vel iacturam. Quod si secus per dictum Rendeleren actum fuerit, extunc cadat ab omni usufructu et commodo, quem et quod habere dinoscitur in bonis premissis, et contractum, si quem fecerit, non valeat ipso facto. In cuius rei testimonium et evidenciam pleniorem sigillum maius nostri opidi Frankenvordensis presentibus duximus appendendum. Datum anno Domini 1315, in vigilia beate Marie Magdalene.

173. (149.) *Gesetzliche Leibzucht des kinderlosen überlebenden Ehegatten am Immobiliarnachlasse des Verstorbenen. · Veräusserungsrecht des Leibzüchters in Notfällen.* (1316.)

Kölner Schreinsbucheintrag bei Ennen, Quellen zur Geschichte der Stadt Köln 4, 31, No. 33. Vgl. Schröder, Geschichte des ehelichen Güterrechts 2, 2, 71, 187 f., und in der Zeitschrift für Rechtsgeschichte 10, 443 Anm. 15.

Notum sit, quod scabini testificati sunt nobis, quod Metildis, uxor quondam Henrici Rubeatoris[1]), comparavit in iudicio et optinuit per sententiam scabinorum, quod pre necessitate corporis sui et debitorum suorum non posset optinere duas mansiones sitas in Putzhove, que *ansedil* fuerunt Henrici Rubeatoris; et dederunt sententiam scabinorum, quod bene vendere poterit, et demandaverunt nobis, quod scriberemus, ut[2]) scripsimus, et quod ei pecunia daretur.

174. (150.) *Gerichtliche Ueberweisung eines Hauses an die Rentengläubiger wegen versessenen Zinses. Rangordnung der Rentengläubiger. Weigerung der Erben des abwesenden Beliehenen, Besserung[3]) und Schuld zu übernehmen.* 1320, März 5.

Böhmer, Urkundenbuch der Reichsstadt Frankfurt, 451. Vgl. das Citat zu No. 135 und Arnold a. a. O. 172—180.

Wir Volrât ritter, schultheize, und die scheffin von Frankenvord bekennen offenliche an diseme geinwortigeme brieve allen den, die in gesehen oder gehôren lesen, daz vor uns quâmen an gerihte die êrsamen lûde . . de commendûr von sante Jôhanne des hûses zû Frankenvord, von sîns convents wegen, her Arnold der senger, her Jôhan Zurchere und her Wîgant von Frideberg von sante Georgen,

---

[1]) *Röter (Rotfärber).* — [2]) *die Vorlage hat* et. — [3]) *d. h. den die Rentenschuld übersteigenden Wert des Grundstücks.*

von irer und irs capittels wegen, her Heinrich von Wolkemburg, ver[1]) Viderûn und ver Gîsle zûm swarzen Hermanne, und bâden in ein gemein urteil werden, wô sie irs versezzen zinses zû solden warten, den Albrecht von Ovembach hette versezzen in dem hûse, daz dâ etswanne was hern Lutzen des crêmers, allernêhest gelegen an dem hûse, daz dâ heizet Brûsele, gein dem hûse zûm Holderbaume uber, und wô sie vorwert ires zinses solden warten? Des wart in gedeilet: sie solden iz ûf dem selben hûse warten und alle zit wartende sîn. Uber daz sô verbote[2]) man Albrehten den vorgenanten mit willen der vorgenanten clegere und mahte ime einen kundlichen dag an gerihte, daz er quême und daz verantworte, ob er wolde, umb den versezzenen zins. Des enquam er oder verantworte iz ouch niht. Dô bôt man die bezzerunge des hûses sînen erben, ob ir kein dabî wolde blîben und gulde den versezzen zins. Dâ enwolde ir kein bî die bezzerunge des vorgenanten hûses. Dô holten die vorgenanten clegere ir hûs ûf[3]) mit urteil an gerihte, und lûhen iz Hannemanne, vern Viderûne sune, dem crêmer, und Berlen sîner êlichen wirtin und iren erben zû rehteme erbe êweclich zû besitzene umb sô getânen zins, als hernâch stêt geschrieben: von êrst vern Gîslen zûm swarzen Hermanne zwô mark ûf sante Mertîns dage, und ist der êrste zins, und vern Viderûnen ûf den selben dag zwô mark, und hern Heinrîche von Wolkemburg ouch ûf den selben dag eine mark, und den herren von sante Jôhanne drî mark ûf unser vrauwen dag der lesten als sie geborn wart, sô danne den herren von sante Georgen funfzehen schillinge Kolscher ûf unser vrauwen dag als man die kerzen wîhet[4]). Zû orkunde und vester stêdekeit aller dirre dinge hân wir unser stete grôz ingesiegel an disen brief gehangen. Und wart gegeben nâch Gotes geburt drûzehenhundert jâr in dem zwenzegesteme jâre, an der mittewochen in der mittel vaste.

175. (151.) *Vererbpachtung einer Nona mit successivem Erbrechte.* 1321, Februar 20.

Böhmer, Urkundenbuch der Reichsstadt Frankfurt, 457. Vgl. No. 146; Mone, Zeitschrift für die Geschichte des Oberrheins 19, 176, No. 9 (1271, Februar 4.); Archiv für Kunde Österreichischer Geschichtsquellen 1, 29 (1243, März 14.).

Hartmudus de Indagine[5]) et Katherina eius uxor legitima recognoscimus publice per presentes, quod honorabiles viri . . domini decanus et capitulum ecclesie sancti Bartholomei Frankenfordensis nonam suam, quam ipsi et ecclesia eorum in Triburio et terminis eius ex legatione divorum patrum imperatorum et regum Romanorum tenuerunt et possederunt a tempore cuius memoria non existit, nobis et

[1]) *vor Namen stehen die verkürzten Formen* her *und* ver (vor, vro) *für* hêrre *und* vrouwe. — [2]) verbieten = *durch mündliche Botschaft wissen lassen, laden.* — [3]) *liessen sich durch Urteil zusprechen.* — [4]) *Zahlungstage also November 11., September 8., Februar 2.* — [5]) *vom Hagen.*

Cunrado filio nostro, si nos supervixerit, locaverunt et concesserunt iure emphitheotico sive hereditario cum omnibus suis pertinenciis perpetuo possidendam: ita quod, nobis tribus personis defunctis, unus tantum heredum nostrorum dictam nonam cum suis pertinenciis universis teneat et possideat, ita quod ipsa nona apud unum tantum heredum remaneat perpetuo indivisa et, si secus fieret, quod nos vel heres successivus a nostro iure cadamus mox ipso facto. Et nos, quoad vixerimus, et heres noster successivus qui pro tempore fuerit dictis decano et capitulo ac eorum ecclesie annis singulis in omnem eventum nomine annue pensionis in festo beati Michaelis archangeli viginti octalia tritici, mensure Frankenvordensis, super granarium eorum, et in festo omnium sanctorum mattas, videlicet unam latam ante altare, duos longas pro scolaribus, et pro sedibus choralibus quotquot sunt necessarie, choro eorum Frankenford porrigemus et persolvemus[1]) nostris periculis, laboribus et expensis. Et si nos vel aliquis nostrorum heredum, qui pro tempore successerit, aliquo termino in solutione predictorum, postquam monitus fuerit, per mensem negligens existimus vel remissi, ipso facto a nostro iure cademus, omni iudiciorum canonici et civilis strepitu quiescente et contradictione qualibet non obstante. In testimonium omnium premissorum presentes literas supradictis decano et capitulo sigillo nobilis viri domini Philippi iunioris de Falkenstein, domini in Mincenberg, tradidimus sigillatas, quod nos Philippus dominus predictus recognoscimus ad rogatum Hartmudi et Katherine prefatorum hiis literis appendisse pro testimonio omnium premissorum. Datum anno Domini 1321, 10. kalendas Marcii.

176. (152.) *Hausleihe. Gewährschaftspflicht des Leiheherrn. Pfandsatzung an Grundzinsen um bekannte Schuld. Gerichtliche Uebereignung des Pfandes.* 1321, April 27.

Loersch, Achener Rechtsdenkmäler, 173, No. 2. Hier jedoch nach dem wieder aufgefundenen Original im Archiv des königl. Landgerichtes zu Achen. Vgl. das Citat zu No. 135; Arnold, a. a. O. 126—134; von Meibom, Das deutsche Pfandrecht, 37 Anm. 62 und 63, 402—443.

Universis presentes literas visuris et audituris . . iudex et . . scabini regalis sedis Aquensis infrascripti agnicionem veritatis cum salute. Notum esse cupimus, quod cum Lambertus de platea sancti Jacobi, pistor Aquensis, quandam domum sitam in dicta platea, quam Cristianus pistor inhabitare consuevit, ab Alberto dicto Martmeister, cive Aquensi, sibi eam concedenti pro viginti uno solidis Aquensis pagamenti annui census hereditarie recepisset, idemque Albertus ipsum

---

[1]) *man beachte das Steigen der am 29. September und 1. November zu entrichtenden Abgabe seit 1278, October 16. (No. 146).*

Lambertum de dicta domo warandizare eique satisfacere promisisset, accessit et venit Katerina, filia Cristiani pistoris predicti, et eundem Lambertum coram nobis in iudicio devicit et per sentenciam . . scabinorum dictum Lambertum de dicta domo eici procuravit. Quo facto idem Lambertus fecit dictum Albertum ad regale iudicium Aquense predictum evocari ipsumque Albertum impeciit super promissione supradicta, adducens bonos testes et digmannos[1]) per quos in dicto iudicio dictam promissionem sibi factam fuisse sufficienter probavit. Extunc monstratum fuit per sentenciam . . scabinorum subscriptorum, quod prefatus Albertus dicto Lamberto de dicta domo satisfacere teneretur et deberet. Tunc prefatus Albertus dicto Lamberto decem et novem solidos Aquensis pagamenti, census fundi, quos in dicta domo habebat annuatim, sub pignore[2]) obligavit: in hunc modum videlicet, quod, si ipse Albertus sepedicto Lamberto infra annum et diem de dicta domo satisfacere non posset nec satisfaceret, quod extunc dicti decem et novem solidi census ad sepedictum Lambertum essent libere devoluti. Post hec autem, anno et die huiusmodi revolutis, idem Lambertus venit ad iudicium Aquense predictum et sibi advocatum seu prolocutorem dari petivit; quo concesso, idem advocatus nomine predicti Lamberti proposuit et petiit experiri per sentenciam scabinorum, ex quo annus et dies essent elapsi et predictus Albertus prefato Lamberto de dicta domo non satisfecisset, ut promiserat, utrum prefatus Lambertus ad predictum subpignus suum accedere posset, illud vendere et alienare ac de eodem suam facere voluntatem? Super quo scabini moniti sentenciaverunt et monstraverunt: quod prefatus Lambertus dictum subpignus suum vendere et alienare posset et de eodem suam facere voluntatem, et si alicui ipsum subpignus venderet, quod talis vendicio illi qui emeret utilis esset atque firma; et extunc ipsum Lambertum in possessionem dicti subpignoris induxerunt et heredaverunt . . iudex et . . scabini infrascripti, predictum Albertum ab eodem subpignore penitus ammovendo, et hoc monstrante sentencia . . scabinorum Aquensium subscriptorum. Acta sunt hec in presencia et sub testimonio Wilhelmi de Surse locum iudicis tenentis, Arnoldi dicti Parvi, villici et advocati, et Gerardi de Lughen, militum, Arnoldi de Linge, Conradi de Punt, Werneri dicti Anelant, Wilhelmi dicti Cutzelere et Henrici de Herle, scabinorum regalis sedis Aquensis, in placito generalis advocacie[3]), feria secunda post octavas pasche, anno Domini 1321. Ita tamen si dictus Albertus dictos decem et novem solidos cum Katherina uxore sua secunda acquisiverit[4]). Datum ut supra.

---

[1]) *statt* dingmannos: *Dingleute, Geschäftszeugen.* — [2]) *das Original hat* ypignore; *wahrscheinlich hat der Schreiber ursprünglich* ypotheca *setzen wollen und dann vergessen das* y *zu löschen.* — [3]) *im Vogtgeding.* — [4]) *wegen der Verfangenschaft des erstehelichen Vermögens.*

177. (153.) *Verleihung eines Bauerlehens auf Lebenszeit an einen fremder Herrschaft angehörigen Eigenmann.* 1322, Januar 6.

Mone, Zeitschrift für die Geschichte des Oberrheins 20, 115.

Ich Bertholt Kegel, des Dreschers sæligen sun von Altingen, vergih und tuon kunt an disem gegenwertigen brief allen den, die in sehent alder hôrent lesen, daz ich von den êrbêran gaislichen lûten, dem abt und dem convent des clôsters ze Bebinhûsen, enphangen hân ze lêhen daz guot daz man nemmet des Emervelders guot und gelegen ist ze Altingen, zuo mîner ainigun hende; und swenne ich enbin, sô hât kain mîn erbe kain reht zuo dem lêhen, noch sol es nummer angesprechen, weder an gaislichem geriht noch an weltlichem. Und sol in dâ von gên[1]) alliu jâr daz halptail winterfruht und daz drittail sumerfruht, und alle die dienst dâvon tuon, als von alter sit und gewonlich ist, und sol ûf die hofstat, diu zuo dem selben guot hôret, inwendig 5 jârn ain hûs und ain besluzzet hofraiti hân gebuwen und den zins dâvon gên, den mîn vatter sælig[2]) gelobt an sînen brieven ze gênde, die die vorgenanten gaislichen lûte, mîn lêhenherren, von im hettan umme daz lêhen; und swaz mit korn stât, es sîgen wisan gewesen von alter oder nit, dâvon sol ich die lantgarbun[3]) gên, als dâ vor gesriben ist. Ich sol ouch daz guot in rehtem bû hân, als sit und gewonlich ist ze Altingen, mit aggergange[4]), mit zûnen und mit dungen, alsô daz ich kainen mist, der ûs dem strôwe alder ûs dem vôter gemachat wirt, anderswar sol fuoren, won ûf daz guot. Ich sol ouch, waz egerdan[5]) in das guot hôrent, in rehten bû bringen, und sol numer kain fuoter ûf den äggern snîden noch haisen snîden. Ich sol ouch den vorgenantan mînan lêhenherren ir tail vor hain fuoren des kornes in die schiurun, ê den mînen. Sie sun[6]) ouch gewaltig der schiurun sîn, bis sie gedreschent, und sol ich sie daran nüzenit irren, und sol nummer snîden in den nüwen[7]) ân ir wort. Und swâ ich dirre kains ubergân, die hie vor gesriben stânt, alder briche, sô sol ich ins bessern, als zimelich und gefuog ist. Hie bî wâren herre Burchart der kirchherre von Altingen, herre Heinrîch der phleger ze Alting von Behinhûsen, Hûg von Halvingen, Cuonrât Hesivelt, Friderîch von Altingen, Bertholt Visi und andere êrbêra lût genuog. Und daz diz alles sament mînan diggenemtan[8]) lêhenherren ganz und stêt belîbe, sô hân ich in disen brief gegeben mit mîner aigenan herran, herre Jôhannes des kirchherren von Halvingen und Hûges, sîn bruoders, insigeln besigelt, die siu durch mîner bet willen an disen brief hânt gelait. Wir die vorgenanten Jôhans und Hûg verjehen, daz wir durch unsers aigenmannes willen bet, Bertholtz des Kegels, der vor genemmet ist, unseriu insigel an disen brief haben gelait. Der wart gegeben, dô von Gottes geburt wâren 1300 jâr und dar nâch in dem 22. jâr, an dem oberosten tag.

---

[1]) gên, ze gênde = geben, ze gebende. — [2]) *der Stiefvater des Berthold Kegel.* — [3]) *Zinsgarbe.* — [4]) *Ackerbau.* — [5]) *Brachland; vgl.* von Maurer, *Geschichte der Dorfverfassung 1. 250.* — [6]) = sulen. — [7]) *Neubruch.* — [8]) dicke genemten.

178. (155.) *Fortgesetzte Gütergemeinschaft in zweiter Ehe, nach lübischem Rechte. Westfälische Einkindschaft.* (1324, November 11—22.)

Wismarer Stadtbucheintrag, Meklenburgisches Urkundenbuch 7, 224, No. 4573. Vgl. Schröder, Geschichte des ehelichen Güterrechts 2, 2, 162, 384.

Arnoldus penesticus[1]), habens unicum puerum Kineken, contraxit matrimonium cum Hanna, sorore Krachtes, habente eciam unicam filiam Hilleken, ita quod omnia bona eorum debent esse unum ex gracia consulum. Sic idem pueri in possessione omnium dictorum bonorum cum dictis legitimatis residebunt super lucro atque dampno, quia utrimque dixerunt, se bona non habere.

179. (156.) *Satzung an Zinsgütern um bekannte Schuld. Uebereignung des Pfandes im Wege der Execution.* 1326[2]), Januar 10.

Quix, Beiträge zur Geschichte der Stadt Aachen 2, 165, No. 6. Hier nach dem Original im Achener Stadtarchiv. Vgl. No. 176 und 180; von Meibom, Das deutsche Pfandrecht, 402—443, 102—147.

Notum sit universis tam presentibus quam futuris, ad quos presentes literas contingerit pervenire, quod cum Wilhelmus dictus de Weivelheim et Bela eius uxor legitima, cives Aquenses, tenerentur et essent obligati Wernero dicto de Ereisheym et Sophie eius uxori legitime, civibus Aquensibus, in decem et novem marcis et sex solidis ex iusto et vero debito, certo termino ad hoc statuto et dudum elapso persolvendis, et propter hoc ipsi Wilhelmus et eius uxor obligassent titulo pignoris et ypothece eisdem coniugibus quinque iurnales terre arabilis sitos in campis apud Vetschowe, in quibus se dicti coniuges recuperare possent et deberent. Et tandem termino huiusmodi elapso et de dicta pecunie summa non satisfacto, iidem coniuges accesserunt ad iudicem Aquensem et, postulato advocato, petierunt sibi consuli, qualiter ipsi debitum suum predictum in dictis bonis recuperare possent; et ipsi scabini prehabito consilio responderunt, quod ipsi coniuges de dictis quinque iurnalibus deberent facere fieri per illum annum tres proclamationes in tribus placitis generalis advocacie[3]) per iudicem Aquensem, quibus factis ipsi deberent redire ad ipsum iudicem Aquensem et tunc ipsi deberent ad dictos quinque iurnales deduci et eciam heredari, si tamen nemo medio tempore veniret, qui de iure posset aut deberet, et eis satisfaceret de pecunia sua supradicta. Tandem anno revoluto et factis tribus proclamacionibus in tribus placitis generalis advocacie predicte,

---

[1]) *Kleinhändler, Krämer, Du Cange.* — [2]) *über den in Achen gebräuchlichen Jahresanfang vgl. Loersch, Achener Rechtsdenkmäler, 243 ff.* — [3]) *Vgl. S. 133, Anm. 3.*

cum nemo venisset qui de iure debuisset aut potuisset, et eis de pecunie summa predicta satisfecisset aut eciam premissa contradixisset, ipsi Wernerus et Sophia ad dictos quinque iurnales terre arabilis per iudicem Aquensem legitime sunt deducti et eciam heredati, sentencia scabinorum Aquensium hoc monstrante, ita quod nemo natus aut nasciturus in patria aut extra patriam existens dictos quinque iurnales terre arabilis a dictis coniugibus evincere poterit seu redimere quoquo modo, salvo iure dominorum census et fundi quinque iurnalium predictorum. Acta sunt hec in presencia et sub testimonio Cononis de Moirke locum . . iudicis tenentis et cui dominus Arnoldus dictus Parvus miles, villicus et advocatus Aquensis, commisit vices suas, dominorum Arnoldi predicti, Gerardi de Lugene militis, Conradi de Punt, Werneri dicti Ainlant, Wilhelmi dicti Kuzellere, Ivellonis dicti Selgere, Godfridi dicti Hoin, Arnoldi dicti Ivels, Johannis de Lewenberg, Ricolphi de Rodenborg et Alexandri de Punt, scabinorum Aquensium. In quorum omnium testimonium, fidem atque robur petiverunt predicti Wernerus et Sophia presentes literas conscribi et sigillo regalis sedis Aquensis fideliter communiri. Et lata est sentencia, scabinorum consensu predictorum ad id accedente, quod, quia premissa vera sunt atque certa, presens litera merito dari debeat super eo. Datum anno Domini 1325, feria quinta post epiphaniam Domini, in placito generalis advocacie.

180. (157.) *Pfändung von Grundstücken im Executionsverfahren. Verkauf und Auflassung derselben durch den Richter als Vertreter des Schuldners. Gewährschaft des Pfandgläubigers, insbesondere wegen darauf lastender Renten. Ablösung von Rente. Bürge als Selbstschuldner (fränkische Selbstbürgschaft).* 1326, August 4.

Quix, Geschichte des (Achener) Karmeliten-Klosters, 191, No. 52. Hier nach dem Original im Provincialarchive zu Düsseldorf. Vgl. No. 179; von Meibom, Das deutsche Pfandrecht, 102—147; Brunner in der Zeitschrift für das gesammte Handelsrecht 22, 513.

Notum sit universis tam presentibus quam futuris, ad quos presentes litteras contigerit pervenire, quod cum Berta relicta Frankonis dicti Horlanth, Johannes et Petrus, fratres, filii legitimi coniugum eorundem, cives Aquenses, tenerentur et essent obligati ex iusto et vero debito Cilemanno dicto Ainlanth et Nese relicte quondam Gerardi dicti de Monte scabini Aquensis, civibus Aquensibus, in certa pecunie summa et non soluta, ipsi Cilmannus et Nesa venerunt ad iudicium Aquense et, postulato advocato, petierunt sibi consuli, qualiter ipsi debitum suum predictum consequi possent; et demonstraverunt . . iudici Aquensi duos iurnales et unum dimidium quartale terre arabilis in duabus peciis[1]) sitos supra fossatum inter portam Punt et portam Regis infra duos muros civitatis Aquensis, in quibus

[1]) petia = *Stück; vgl. Diez unter* pezza.

se aliqualiter recuperare possent. Et, habita deliberacione, scabini responderunt, quod ipsi procedere possent in iudicio super hac re contra prefatam Bertam, Johannem et Petrum fratres, filios eiusdem predictos. Qua responsione facta, et vocatis dictis Berta, Johanne et Petro ad iudicium Aquense, prout ius et moris est, dicti Cilemannus et Nesa in tantum processerunt in iudicio predicto, quod dicti iurnales terre arabilis cum dimidio quartali eis fuerunt adiudicati per sententiam scabinorum predictorum. Quibus peractis, Cilemannus et Nesa predicti pecierunt a iudice predicto, quod cum huiusmodi bona eis essent adiudicata et ipsi bene haberent emptorem eorundem, quod ipse illa bona vendere vellet. Et ex hoc ipse iudex eadem bona cum consensu et bona voluntate Berte, Johannis et Petri predictorum ibidem presencium vendidit et dedit iusto emptionis et vendicionis titulo, tamquam bona in iudicio Aquensi per placitum evicta et adiudicata, ac supraportavit cum calamo eadem bona . . viro religioso fratri Thome dicto de Aquis, ordinis fratrum sancte Marie domus Theutonice, ad opus et ad usus capelle sancti Egidii fratrum et ordinis predictorum, site ante portam Punt infra muros Aquenses pro certa pecunie summa, videlicet quemlibet iurnalem proporcionabiliter pro triginta marcis Aquensis pagamenti. De qua pecunie summa dictus iudex, Cilemannus et Nesa predicti recognoverunt sibi integraliter et bene esse satisfactum ex parte fratris Thome predicti. Et exuens se dictus iudex una cum Berta, Johanne, Petro predictis bonis supradictis, prefatum fratrem Thomam nomine ordinis sui predicti protinus investivit de eisdem cum pleno iure. Et renunciavit similiter eisdem bonis cum calamo ad opus et ad usus eiusdem fratris Thome et ordinis sui supradicti. Et promiserunt dicti Cilemannus et Nesa, prefatum fratrem Thomam et ordinem suum warandizare per annum et diem, et omnem iustam requisicionem deponere in bonis predictis, secundum ius et consuetudinem civitatis Aquensis. Et ad hoc faciendum dictus Cilemannus se ipsum constituit principalem et fideiussorem, dictaque Nesa constituit Johannem Volmeri, civem Aquensem, fratrem suum, fideiussorem, et eorum quemlibet insolidum; eciam tali adiecta condicione, quod, quia dicta bona sive iurnales hereditarie solvunt singulis annis domino . . Arnoldo dicto Parvo militi, villico Aquensi, decem et octo solidos et tres capones[1]), item fratribus domus hospitalis sancti Johannis supra Ripam quartam partem caponis, item domino de Valkenburg decem denarios et obulum de *hoiflein*, item et Henrico de Banth, civi Aquensi, tres solidos dicti pagamenti, et pro huius census[2]) qualibet marca semper defalcabuntur[3]) in solucione pecunie supradicte quindecem marce, et pro quolibet capone proporcionabiliter in censu duodecem denariorum defalcabuntur quin-

---

[1]) *vgl. über diese dem Hofrecht entstammende, nun aber einen Bestandteil des Grundzinses bildende Abgabe* Arnold, *Zur Geschichte des Eigentums in den deutschen Städten, 35 ff.* — [2]) *das Original hat* cuius censu. — [3]) *abziehen, abrechnen, vgl.* Diez *unter* falcare; *hier in dem Sinne von berechnen.*

decem solidi pagamenti predicti[1]), et si plus de censu dictorum bonorum sive iurnalium compertum fuerit in posterum, quam ut predicitur, hoc dicti principales et fideiussores tenebuntur et debent cum effectu et sine aliqua protractione ipsis fratri Thome et ordini suo resarcire, et semper pro quolibet denario census quindecem denarii pagamenti defalcabuntur, bona fide, omnique dolo et fraude penitus exclusis in premissis. Acta sunt hec in presencia et sub testimonio Cononis de Moirke locum iudicis tenentis, dominorum Arnoldi dicti Parvi villici et advocati, Gerardi de Lugene, militum, Arnoldi de Linge. Conradi de Punt, Werneri dicti Ainlanth, Wilhelmi dicti Kutzelere, Ivelonis dicti Selgere, Godefridi dicti Hoin, Arnoldi dicti Ivels, Johannis de Lewenberg, Henrici dicti de Herle, Ricolphi de Rodenburg et Alexandri de Punt, scabinorum regalis sedis Aquensis. Premissis eciam condicionibus interfuerunt testes et digmanni[2]) a partibus predictis hinc et inde vocati et rogati, videlicet: Gerardus de Tilia, Johannes et Franko fratres dicti de Rode, Wernerus de Gurcenigh, Johannes Volmeri in Punt, Reimarus et Cilemannus fratres dicti Ainlanth, Lodewicus de Roide, Arnoldus Wilde, Nicolaus de Berge, Cristianus Emps, Heidenricus Horlanth et Henricus dictus Sphintschere carnifex, cives Aquenses, et quamplures alii probi et fidedigni testes et digmanni ad premissa a partibus predictis hinc et inde vocati specialiter et rogati. In quorum omnium testimonium, fidem atque robur petiverunt partes predicte hinc et inde presentes litteras conscribi et sigillo regalis sedis Aquensis fideliter communiri. Et lata est sententia scabinorum predictorum, quod, quia premissa vera sunt atque certa, presens littera merito dari debeat super eo. Datum annno Domini 1326, feria secunda proxima post festum beati Petri ad vincula.

181. (158.) *Verpachtung einer Mühle. Pachtcaution durch Bürgen und Sicherstellung der letzteren durch Verpfändung des ganzen Vermögens des Pächters.* (1329, Mai 1.)

Wismarer Stadtbucheintrag, Meklenburgisches Urkundenbuch 8, 46, No. 5051. Vgl. No. 199.

Provisores domus sancti Spiritus locaverunt Frisoni molendinum dicte domus a die confectionis presencium, scilicet die Walburgis, ultra ad quatuor annos, quemlibet annum pro 25 marcis Lubicensium denariorum, quatuor temporibus anni dandas 6 marcas et 4 solidos quolibet tempore, ultra ipsum molendinum tenendum[3]), sicut ius molendini querit. Pro dicto Frisone promittunt manu iuncta, quod satisfaciat, Vornholt pistor, Thideke Mönik, Nicolaus Grevesmölen, Johannes Bögenhaghen. Dictus Friso et eius uxor Hille in-

[1]) *die Ablösung der Renten sollte zum 15fachen Betrage (also $6^2/_3$ $^0/_0$) erfolgen, wobei ein Kapaun zu 12 Pfennig (1 Schilling) gerechnet wurde; vgl. auch S. 129, Anm. 1.* — [2]) *vgl. S. 133, Anm. 1.* — [3]) *d. h. auf die Dauer seiner Besitzzeit.*

pignoraverunt dictis eorum fideiussoribus currum eorum et equos et omnia eorum bona existencia in ipso molendino et extra et alias ubicumque ad cautelam, quod in dicta fideiussione indempnes maneant custoditi.

182. (159.) *Legitimation durch Rescript des Königs.* 1329, Octbr. 23.

Böhmer, Acta imperii selecta, 499, No. 730. Regesten Ludwigs IV., No. 3263. Vgl. Van den Bergh, Oorkondenboek van Holland en Zeeland 1, 211, No. 395 (1243, Maerz) und Böhmer, Acta imperii selecta, 500, No. 731 (1329, October 24.).

Ludowicus Dei gracia Romanorum imperator semper augustus. Nobili viro Chuonrado, filio nobilis viri Bertholdi comitis de Graispach et Marsteten dicti[1]) de Neiffen, secretarii nostri, fideli suo dilecto, graciam suam et omne bonum. Licet primevus tue nativitatis ortus, qui non es de legittimo matrimonio procreatus, sed ex patre tuo predicto Bertholdo et Angnete matre tua, ambobus solutis existentibus, genitus sis, te ab omnibus actibus legittimis et civilibus ac dignitatibus excludat, tamen, quia bone conversacionis habes testimonium et virtutis, quibus redimire diceris et poteris quod ortus tue nativitatis predicte tibi contulit et donavit, ad instantem peticionem patris tui predicti ex benivolencia nostra speciali gracioso abolucionis remedio tibi auctoritate nostra imperiali providemus et presentibus duximus providendum, et te legittimamus, habilitamus ac restituimus in integrum ad omnes et singulos actus legittimos et civiles, dignitates et honores, tollentes et auferentes a te quamlibet illegittimitatis maculam atque notam, tecumque in hiis et omnibus aliis super dicto tuo deffectu natalium ex certa sciencia dispensantes. Ita quod in bonis paternis, in quantum tibi pater tuus predictus de ipsis disposuerit vel legaverit, succedere valeas et heres ex testamento vel ab intestato existere parentibus tuis agnatis vel cognatis aut quibuscumque aliis, seu alio quocumque relicti titulo recipere vel habere, et omnia alia exercere et ad ea assumi ut legittimus, que in te cadere possent, ac si ab origine fuisses legittime procreatus, non obstante aliqua lege, iure vel statuto, et specialiter illa lege, que spurios nisi ex certa sciencia legittimari prohibet, et quibuscumque aliis quorum in premissis fieri deberet mencio specialis, omnique excepcione et obieccione prolis legittime erga te quiescente. Nulli ergo hominum liceat hanc nostre legittimationis gratiam infringere vel ei ausu temerario contraire, sicut indignacionem nostram et penam mille librarum auri, cuius pene medietatem camere nostre, aliam vero medietatem ipsi passo applicandam voluerint studiosius evitare. In quorum omnium testimonium presentes conscribi et sigillo nostre maiestatis iussimus communiri. Datum in Cremona, proxima feria se-

[1]) *die Vorlage hat* dicto, *die oben citirte mit der vorliegenden Urkunde fast gleichlautende No. 731 richtig* dicti.

cunda ante festum beatorum Symonis et Jude, anno Domini 1329, regni nostri anno 15., imperii vero 2.

183. (160.) *Gegenseitige Vergabung des ganzen Vermögens von Todes wegen unter Ehegatten, nach lübischem Rechte.* (1329.)

Rostocker Stadtbucheintrag, Meklenburgisches Urkundenbuch 8, 60, No. 5067.

Mastrant peregre proficiscens resignavit uxori sue, domine Grethen, omnia bona sua mobilia et inmobilia, si morte preventus fuerit, et sic ipsa domina resignavit dicto viro suo omnia bona sua post obitum suum, quia ambo eorum bona nudis manibus acquisiverunt[1]).

184. (161.) *Accord eines überschuldeten Mannes mit seinen Gläubigern, ihre Befriedigung aus dem Vermögen seiner von ihm entwichenen Frau betreffend.* (1330.)

Lübecker Stadtbucheintrag bei Pauli, Abhandlungen aus dem Lübischen Rechte 2, 104. Vgl. Schröder, Geschichte des ehelichen Güterrechts 2, 3, 269 f.

Notum sit, quod creditores Thidekonis de Alen, scilicet Gotscalcus de Warendorpe, . .[2]), concordaverunt cum dicto Thidecone de Alen, ut, si uxorem suam ad cohabitandum sibi recuperare valeat, quecunque bona, sive mobilia sive immobilia, ad eum cum dicta sua uxore pervenerint, sive in vita matris uxoris ipsius sive ea defuncta, talia eidem uxori sue et pueris, si quos apud eam habuerit[3]), remanere debeant absque omni impetitione creditorum omnium, nec in hiis ipse et uxor et pueri debent a quoquam impediri[4]). Si autem ipse Thidericus cum eisdem bonis vel aliis sibi concessis ultra summam capitalem[5]) conquirere poterit aliquid, illud pro posse suo creditoribus nunc existentibus applicabit et solvet. Et si aliqui hospites vel extranei creditores contra dictum Thideconem agere vellent super debitis ante presens tempus contractis, parcere sibi debent et facere sicut fecerunt nostri concives[6]).

---

[1]) *bei Erbgütern hätten die Erben zugezogen werden müssen.* — [2]) *es folgen im Original noch 18 Namen, die bei* Pauli *ausgelassen sind.* — [3]) *die Ehe war also zur Zeit noch kinderlos.* — [4]) *die Gläubiger verzichteten demnach der Frau gegenüber auf ihr Sequestrationsrecht im Falle der kinderlosen, auf ihr Executionsrecht im Falle der beerbten Ehe.* — [5]) *über den Grundstock des fraulichen Vermögens.* — [6]) *die contrahirenden Gläubiger verpflichteten sich hiermit, auch die übrigen Gläubiger zur Anerkennung des Accordes zu veranlassen.*

185. (162.) *Zinsbares Darlehn auf Zeit, mit Kündigungsrecht des Schuldners. Bürgen als Selbstschuldner.* (1331, Januar 25.—Februar 2.)

Wismarer Stadtbucheintrag, Meklenburgisches Urkundenbuch 8, 182, No. 5211. Vgl. daselbst No. 5311 und Stobbe, Zur Geschichte des deutschen Vertragsrechts, 145 ff.

Henningus et Gozschalcus fratres dicti Preen de Rederank, capitanei[1]), Hinricus et Gozschalcus fratres dicti Preen de[2]) Stenhus, dominus Thidericus Klawe et Böidwinus de Kartlowe tenentur Bernardo de Warendorp 100 marcas Lubicensium denariorum a proximo Martini ultra quatuor annos solvendas, iuncta manu. Medio vero tempore dabunt annis singulis quolibet festo sancti Martini semper proximo ipsi Bernardo et heredibus suis duas lestas[3]) duri frumenti, et similiter ultimo sancti Martini pagabunt dictas 100 marcas cum pensione iam nominata et distincta. Si vero prius solvere voluerint in festo aliquo sancti Martini sub dicto tempore, hec predicent Bernardo aut suis heredibus festo nativitatis sancti Johannis Baptiste[4]), et tunc tempore solucionis solvent pecuniam cum pensione prenotata. Ex parte huiusmodi nullo ducatu debent uti. Dicti capitanei et eorum heredes erepient indempnes alios eorum compromissores.

186. (163.) *Verkauf von Getreide mit Stundung des Kaufpreises und Steigerung desselben im Falle einer Erhöhung des Marktpreises. Spekulationskauf.* (1331, October 28.—November 11.)

Wismarer Stadtbucheintrag, Meklenburgisches Urkundenbuch 8, 246, No. 5285. Vgl. Gareis in der Zeitschrift für das gesammte Handelsrecht 21, 453 f.

Dominus Hinricus Kadowe tenetur Ludero Moltekowen 30 marcas Lubicenses pro duabus lestis[3]) ordei et pro una lesta avene, quarum solvet proximo Johannis 10 marcas, Jacobi 10 marcas et in nativitate beate Marie 10 marcas[5]). Si vero in hiis terminis preciosius emitur, tunc magis sibi solvet.

187. (164.) *Gesellschaftsvertrag.* (1331.)

Rostocker Stadtbucheintrag. Meklenburgisches Urkundenbuch 8, 207, No. 5237. Vgl. No. 210, 278, 291, 296.

Venerunt ad presentiam camerariorum Everardus et Marquardus socii, dicti Nachtraven, fatebantur uno ore dicentes, quod omnia bona

---

[1]) *Hauptschuldner.* — [2]) *fehlt in der Vorlage.* — [3]) *Last.* — [4]) *St. Johannes (Juni 24.) und St. Martin (November 11.) gelten in Mecklenburg noch heute als Hauptumschlagstermine.* — [5]) *also Juni 24., Juli 25. und September 8.*

ipsorum in hereditatibus, in redditibus et debitis et bonis paratis, foris et intus, ubicunque locorum existencia, ipsis ambobus pertinent equaliter possidendo, excepta una hereditate in platea Piscatorum sita, que Everardo soli pertinet.

188. (165.) *Vertrag unter kinderlosen Ehegatten zur Beschränkung der Rechte des Mannes. Nach lübischem Rechte.* (1332, Januar 20.—25.)

Wismarer Stadtbucheintrag, Meklenburgisches Urkundenbuch 8, 260, No, 5304. Vgl. Schröder, Geschichte des ehelichen Güterrechts 2, 3, 230 f., 254, 268 ff.

Nicolaus Böge, vector, constitus coram consulibus, uxore sua presente, arbitratus est, se ratam et gratam perpetue habiturum scripturam ex parte sui scriptam anno Domini 1323, Simonis[1]), et super hoc arbitratus est, quod debeat et velit ei curialiter commanere, et in nullo offendere verberibus aut verbis eam. Si super hoc eam offenderet verberibus non eius demeritis, quod notum esset vicinis suis certum cum commorantibus viris aut mulieribus[2]), vadiabit civitati 3 marcas argenti et Hinrico Körneken 3 marcas argenti, et extunc sola potest esse ubi vult. Eciam, si ipsa fuerit cum eo vel non, ipse non consumet ipsius *wîbes* bona nec exponet, nec quod minimum[3]) est attinget quidquam, quod *wîbe* pertineat[4]). Ipsa eciam non solvet quidquam de suis debitis iam factis et adhuc per ipsum faciendis[5]).

189. (166.) *Erbverzicht gegen eine Leibrente.* 1332, Juli 29.

Simon, Geschichte der Häuser Ysenburg und Büdingen 3, 112. Vgl. Beseler, Erbverträge 2, 2, 259 ff.

Ich Philips, hern Luthers sun des herrin von Isenburg, bekennen uffinliche an disme brîfe und dûn kunt allen den, di in sehint oder hôrint lesen, daz ich mit gûden willen mit berâdenen mûde und mit râde mînre bestin mâge und frunde und durch daz, daz di hêrschaft mîns bûlen[6]) von Isinburg nâch sîme tôde unvirteilit blîbe, unbetwungin und ungetwangin und in der zît, daz ich zû mînen

---

[1]) *October 28.* — [2]) *die Vorlage hat* melioribus. — [3]) *die Vorlage hat* minimus. — [4]) *dies Versprechen konnte sich nur auf die fahrende Habe beziehen, da der Mann über das Immobiliarvermögen seiner Frau keine einseitige Verfügung hatte.* — [5]) *bei beerbter Ehe wäre, wegen der Gläubiger, eine derartige Bestimmung ganz unzulässig gewesen. Bei kinderloser Ehe konnte dieselbe, da die Frau hier den einseitigen Gläubigern des Mannes ohnehin nicht haftete, nur den Sinn haben, dass der Mann selbst zur Bezahlung seiner Schulden das Vermögen seiner Frau nicht angreifen sollte.* — [6]) bule, *naher Verwandter, hier der Vater.*

jârin was kumen, daz ich wiste, waz ich tûn und lâzin sulde, hân virzigin und virzîhin lûterliche an disme brîfe ûf allez daz gût, iz sî eigin oder erbe oder lêhin, daz ûf mich irsterbin mohte nâch mîns vorgenanten bûlen tôde, den God lange gefriste, daz he îzunt hât oder noch gewinnen mach, wî iz genant sî, âne alle argelist, di man oder wîp irdenkin mach, mit alsolichem underscheide als hernâch geschribin stêd: Wêr iz sache, daz Heinrîch mîn brûder mit Alheide mîner suster, dochter des edeln mannes hern Ulrîches herrin zû Hanowe, di he[1]) globit hât zû nemene zû eime êlichin wîbe, nit lêhins erbin gewonne und abeginge âne lêhens erbin, sô sulde di hêrschaf mîns bûlen mîn sîn, in alre der wîs als si Heinrîches mîns brûders ist, nâch mîns bûle tôde. Wêr auch, daz Heinrîch mîn brûder abginge âne lêhens erbin und dochtere mit Alheide mîner suster gewonne, sô sol si blîben sitzende mit Filmere[2]) halbene stad und burg und waz darzû gehôrit, alsô lange, biz daz ich oder mîn erbin daz umme si gelôsin mit 2500 phunden hellern, genge und gêbir weren, unvirzigin ires rechtin. Wanne auch ich oder mîn erbin daz gelôsin, sô sol man daz gelt an gût legin und sal daz gût ligin zû wedemen rechte. Ich bekennen mich mê, daz ich ûf mîns bûlen hêrschaf alsô virzigen hân, daz man mir sal bewîsen 100 marg geldes gûder weronge, drî haller ie vur den phennich gezalt, ûf mîns bûlen gûden, dô si sicher und wol gelegin sint, di sullent mir alle jâr nutzliche gefallin, als lange als ich gelebin, âne allerlei widerrede. Alle dise vorgeschribenen sache globen ich stêde und feste zû haldene in gûden trûwin an eides stad und nummer darwider zû tûne, ich oder nîman von mîner wegin mit wortin noch mit werkin an geistlichen noch an werntlichen gerichte. Zû gezûchnisse und fester stêdekeit aller dirre vorgeschreben dinge sô hân ich disen brîf besigelt mit mîme ingesigle und bidden die edeln lûde hern Gerlachin grêbin zû Nassowe und Wilhelmen herren zû Brûnsberg, mîne mâge, daz si ir ingesigle bî mînez an disin brîf hânt gehangen; und wir Gerlach grêbe zû Nassowe und wir Wilhelm herre zû Brûnsberg die vorgenantin bekennen uns, daz wir durch bede Philips von Isinburg, unsers nebin, unser ingesigle bî sînez an disin brîf hân gehangin, der gegebin wart, dâ man zalte nâch Christes geburt 1300 jâr, in dem 32. jâre, an der nêstin mittewochin nâch sente Jâcobs tage des aposteln.

190. (167.) *Begründung einer Wasserablaufsservitut durch unvordenkliche Zeit. Bedeutung des ältern Besitzes im Processe.* (1332.)

Bremer Ratsurteil bei Oelrichs, Sammlung Bremer Gesez-Bücher, 178, No. 32. Vgl. Laband, Vermögensrechtliche Klagen, 201 ff.

En scele[3]) was twischen Loduwîke van Sulghen unde twischen Lûdolfe Monikemeier umme êne waterlôsinge[4]), de gân scolde dor

[1]) *fehlt in der Vorlage.* — [2]) *Vilmar, Städtchen an der Lahn.* — [3]) *Streit.* — [4]) *Wasserlöse, Abzugsgraben.*

Monikemeier erve. Dat scêdede wi Gherart van der Sîden, Rôdolf Muntmêster, Nanno de eldere, Thîderîch van Rûten, Nicolaus Cornepaghe der eldere unde Bernart Clôt alsô: mach Lodowîch van Sulghen des vullencomen mit tûghen, dat he hebbe de olderen were unde dat de waterlôsinge dor Monikemeiers erve oldinges[1]) hebbe gan unde dat de waterlôsinge van rechte dar dore scole gân, scal de waterlôsinge dor dat erve gân unde blîven sô se oldinges heft ghewesen.

191. (168.) *Veräusserung eines Satzungsrechtes unter Zustimmung des Verpfänders. Verfangenschaftsrecht beim fränkischen Adel. Bürgschaft. Einlager. Bewilligung vertragsmässigen Pfändungsrechtes befreit von der 'Leistung'.* 1333, März 12.

Böhmer, Urkundenbuch der Reichsstadt Frankfurt, 521. Vgl. von Meibom, Das deutsche Pfandrecht, 347 ff.; Schröder, Geschichte des ehelichen Güterrechts 2, 2, 126; Stobbe, Zur Geschichte des deutschen Vertragsrechts, 115—206 und die Citate zu No. 119.

Wir Godefret von Eppinstein der junge unde Lucart, unser êliche vrauwe, etswanne[2]) dochter hern Eberhartes von Brûberg, bekennen uffinliche an disem brieve allin den, die nû sint adir ummer hernâch komment, die in sehent oder hôrent lesen, daz der bescheidin man Jâcob Kloblouch und Drûde sîn êliche wirten, burger zû Frankenvord, von uns hânt gelôst unser teil des Sales[3]) zû Frankenvord, daz uns gefallen ist mit dem lôze, und daz dorf und daz gerichte zû Abir-Rade bî dem Moun mit alle dem rechte, daz darzû gehôret, virsûcht und unvirsûcht, umme nûnhundert phunt haller und funf und sibinzig phunt haller geng und gêbir, der wir an gereidim gelde genzliche sîn bezalt und gewert von ime und Drûden sîner wirten. Und ist die lôsunge geschehin mit gûtem willen und gehangnisse und von heize des hôchgelobten fursten unsers herren, keiser Ludwîges Rômischen keisers, und auch durch unser bede willen. Auch erkennen wir uns, daz der vorgenante Jâcob und Drûde sîn êliche wirten, die vorgenanten, sich hânt irkant, daz sie durch liebe und durch fruntschap Hermann von Ovinbach geheizen Kloblouch und Gudlen sîner êlichen wirten hânt lâzen lôsen mit unserm gûten willen und gehangnisse daz vorgenante dorf und gerichte zû Abir-Rade in derselbin lôsunge umme sechzig phunt haller und zweihundert phunt haller, die in dise vorgenanten summen der nûnhundert phunt haller und fünfundsibinzig phunt haller gehôrent. Und wand nun Cunrâd von Wînsberg, mîn der vorgenanten Lucarde sun, noch unter sînen

[1]) *von Alters her.* — [2]) *vormals.* — [3]) *dies ist die von Ludwig dem Frommen erbaute Pfalz, aula regia; sie war mit anderen Reichsgütern dem Grossvater der Lucart vom Reiche verpfändet worden, wie aus einer Urkunde Ludwigs IV. von 1338, Juli 29. (Böhmer, a. a. O. 551) hervorgeht. Vgl. Kriegk, Geschichte von Frankfurt a. M., 55 ff.*

jâren ist, daz he nit mag virzîhen, wiewol he doch mit disen vorgenanten gûden nicht zu tûne inhabe, und kein ansprâche von rechtes wegen darzû habin sal, wand daz vorgenante gût von mîner mûter sêligen, vrouwen Metzen von Brûberg, ûf mich ist irstorben sider sînes vader sêligen tôde hern Cunrâdes von Wînsberg; sâ setzin wir Godefret und Lucart, die vorgenanten, den vorgenanten Jâcôbe, Drûden sîner wirten, Herman Klobelouch und Gudlen sîner wirten und irn erbin doch zû mêrer sicherheit vor virzig des vorgenanten kindes zû burgen die êrsamen man, die her stênd geschrebin: den edlen man schenken Cunrâden von Erpach und sînen sun Cunrâden, hern Fredrîch von Karbin, ritter, scholtheiz zû Frankenvord, Herman Dukarn, Rûdolfen von Berkstat, der sîne phant irloubet hât, edelknechte, und Gernôt Iremût scholtheiz zû Wertheim, alsô bescheidinliche, wanne daz kind zû sînen jâren kommet, daz he virzigbêr ist, sô sal he virzîhen als wol als wir hân getân. Und wanne he dan virzigen hât, sâ sal he in adir irn erbin des virzignisses zû eime urkunde sînen uffin brief gebin, sâ sollint dannoch unser burgen behaft sîn jâr und tag vor rechte werschaf, als gewonlich ist in dem lande. Quêm ez abir darzû, daz daz kind nicht virzîhen inwolde adir virzîhe, wanne he zû sînen tagen quême, als wir hân getân, sâ sollint die vorgenant unser burgen. wanne sie gemant werdin, zû Frankenvord in eine kuntliche herberge farn, und sollint darinne leisten als gûte burgen als gewonlich ist zû Frankenvord, als lange biz daz he virzîhet als wol als wir allir dirre vorschrebin gûde. Wîrs ouch, daz unser burgen dekeiner nicht selber mochte geleisten, daz iz ime benême êhafte nôt, sâ sal der burge einen knecht und ein pferd senden zû Frankenvord und sal dâmide leisten vor sich mit andern unsern burgen in einer kuntlichen herberge, als vorschrebin ist, âne Rûdolfen von Berkstat, der vor sich sîne phant hât irloubet. Ginge ouch unser burgen einer abe von dôdes wegin, des Got nicht inwolle, hie inzuschin ê daz kind rechten virzig getêde und rechte werschaf vor sich, sâ sollin wir binnen eime mânde, wanne wir gemant werdin, einen alsô gûdin burgen an des virfarn stat setzen, und globin daz zû tûne als dicke als nôt geschicht. Wîrs alsô, daz wir des nicht intêden, sâ soldin die andern unser burgen, die dâ lebinde wêren, wanne sie gemant wordin, leisten in allir der wîs, als vor stêt geschrebin, alsô lange biz daz wir einen alsô gûden burgen adir mê, ob iz nôt geschehe, an der virfarn stat gesesten. Unde wann sich ein pherd virleistet[1]), sâ sal der burge, des daz pherd ist, ein ander alsô gût pherd an des virleisten pherdes stat setzen, und sal daz sîn als dicke als nôt geschicht. Ouch globin wir Cunrât und Cunrât, Fredrîch, Herman, Rûdolf und Iremût, die vorgenanten, Jâcôbe, Drûden, Hermanne und Gudlen und allen ir erbin gûde burgen zû sîne, als vor stêt geschrebin. Ouch globin wir Godefret und Lucart alle unser burgen, die wir versast hân, zû lôsen ân leit und ân allin schadin. Zû urkunde und vester stêdekeit allir dirre vorschrebin dinge, sô hân wir Godefret obgenant und Lucart

[1]) *im Einlager verbraucht wird.*

unse êliche vrouwe unser ingesigel an disen brief gehangen und hân gebedin schenken Cunrâden von Erpach, Fredrîchen von Karbin und scholtheizen Irmût von Wertheim, unser vorgenanten burgen, daz sie durch unser bede willen ir ingesigele bî unser ingesigele vor sich und ir mideburgen, die sie ouch dârum gebedin hânt, an disen brief gehangen, der gegebin wart, dâ man zalte nâch Cristes geburte drûzhênhundert jâr darnâch in dem drû und drîzigisten jâre, an sente Gregôrien tage.

192. (169.) *Löschung eines eingetragenen Pfandrechts auf Gerichtsurteil.* 1335, April oder Mai.

Rostocker Stadtbucheintrag, Meklenburgisches Urkundenbuch 8, 507, No. 5586.

Notandum, quod ille 40 marce, quas filii Walravesschen et soror ipsorum habuerunt in hereditate Gherardi Querinenberc, in platea Laghe sita, per iustas sentencias ex libro civitatis nostre rationabiliter sunt delete et exscripte, ad quod Scherf, tutor eiusdem puelle Lutgardis, sororis dictorum filiorum Walravesschen, assensum prebebat. Hermannus de Theterowe et Ludolfus de Godlandia tabule presidebant. Anno Domini 1335, circa festum Walburgis. Iudices tunc temporis Hin. Quast, Her. Lize, Thi. Hollogher.

193. (170.) *Ein Fischteich als Pertinenz einer Mühle.* 1335, Juli 31.

Meklenburgisches Urkundenbuch 8, 544, No. 5614.

Nos Johannes Dei gracia domicellus de Werle presentibus protestamur aperte, quod animo deliberato piscinam nostro molendino Scolentin adiacentem apponimus, annectimus et conbinamus perpetuis temporibus cum omni fructu et utilitate predicto molendino adiacendam et inseparabiliter conmanendam, ita ut quicunque succedente tempore habuerit molendinum, habeat et piscinam, videlicet ut residens in tali molendino participet predicte piscine fructus universos. Nolumus eciam hec predicta ab aliquo nostrum impediri, sed pocius firmiter observari. In cuius evidenciam pleniorem secretum nostrum presentibus est appensum. Datum in castro nostro Goltberch, anno Domini 1335, feria secunda post festum Jacobi apostoli.

194. (171.) *Mietvertrag über ein Fensterrecht, auf Kündigung.* (1335, Juli.)

Rostocker Stadtbucheintrag, Meklenburgisches Urkundenbuch 8, 530, No. 5607.

Hermannus de Godlandia fatebatur ac recognovit, se annuisse ac favisse Hinrico Obulo frangere unam fenestram intra murum in

curiam suam, pro qua dabit, sibi singulis annis quolibet festo pasce 8 solidos pro redditibus, quamdiu ipsis ambobus conveniens fuerit et placuerit. Sed quando unus alteri predixerit, extunc fenestra cum lateribus construatur.

195. (172.) *Miteigentum zu ideellen Teilen. Statutarische Portion in Lübeck. Ein rentenpflichtiges Erbgut durch Ablösung der Rente bis zum Betrage der Ablösungssumme in Kaufgut verwandelt ('res succedit in locum pretii') und insoweit von der Erblosung befreit.* (1336.)

Lübecker Stadtbucheintrag bei Pauli, Abhandlungen aus dem Lübischen Rechte 1, 86. Vgl. Saarbrücker Landrecht 1, 10, 13 (Kremer, Geschichte des alten Ardennischen Geschlechts, Codex diplomaticus, App. 8).

Notum sit, quod Meino auriga libertavit[1]) in sua medietate domus, accepte per eum in dotalicio cum sua uxore[2]), in platea Molendinorum site, 24 solidos denariorum wicbeldes annuatim[3]) pro 30 marcis denariorum a domino Hermanno Mornewech. Propter quod potestatem habebit in dicta medietate domus dandi, vendendi vel quocunque modo decreverit ordinandi, usque ad predicte pecunie summam, sicut mercatoriis vel mobilibus suis bonis[4]). Actum coram consulibus cum consensu proximorum quorum intererat.

196. (174.) *Hanseatischer gezogener Nach-Sicht-Wechsel mit Bezeichnung des Präsentanten.* (1341), April 5.

Urkundenbuch der Stadt Lübeck 4, 136, No. 140, 1. Vgl. Pauli, Lübeckische Zustände im Mittelalter 2, 98 ff.; Neumann, Geschichte des Wechsels im Hansegebiet; Gareis in der Zeitschrift für das gesammte Handelsrecht 21, 355, 368; Brunner in derselben Zeitschrift 22, 95 ff.

Viris discretis dominis Hermanno et Thidemanno de Warendorp, consulibus Lubicensibus, Hinricus de Lon necnon Johannes Pape salutem in omni bono. Comparavimus et emimus de Hinrico Longo, fratre Johannis Longi, 10 libras grossorum. Promittimus sibi solvere pro quilibet librum[5]) 9 marcas et 12 denarios in 14. die post visionem presentis. Petimus, ut dictam pecuniam solvatis nomine predicti Hinrici Johanni fratri suo. Valete semper. Datum in cena Domini. Petimus, ut hiis et aliis bene persolvatur.

---

[1]) *abgelöst hat.* — [2]) *offenbar war das ganze Haus Brautschatz der Frau gewesen; nach ihrem (kinderlosen) Tode war die Hälfte als statutarische Portion an den Mann gefallen; vgl. Schröder, Geschichte des ehelichen Güterrechts 2, 3, 26—32.* — [3]) *Jahresrenten.* — [4]) *nach der heutigen Rechtssprache würde man sagen: er habe eine Grundschuld von 30 Mark an seinem eigenen Besitztume erworben.* — [5]) *so das Original statt:* qualibet libra.

197. (175.) *Hanseatischer domicilirter Eigenwechsel an Order. Gesamtschuld. Wechselbürgschaft.* (1343, August 1.)

Urkundenbuch der Stadt Lübeck 3, 424 Anm. 1. Vgl. die Citate zu No. 196.

Echardus Saxo, Sifridus Oldenborch, Hermannus Warschow, Wiggerus Dartsow, Hinricus Laurencii, Conradus Sledorn et Bernardus Pepersak tenentur communi manu domino Hermanno Blumenrod 500 marcas Rigenses, marca quelibet pro 36 solidis Lubicensibus computanda, in Flandria Brugis in florenos parvos[1]) Flamensis ponderis, quemlibet florenum pro 9 solidis et 9 denariis, quatuor septimanas post pascha nunc futurum Brugis, ut premittitur, solvendas ad usum domini Borchardi magistri Livonie, quos[2]) nominaverit et voluerit dictus dominus Hermannus. Dicti quinque eximent Sifridum Oldenborch et Hinricum Laurencii[3]).

198. (176.) *Verfügungsrechte des Ehemannes und vorbehaltenes Frauengut in Bremen.* (1343).

Bremer Ratsurteil bei Oelrichs, Sammlung Bremer Gesez-Bücher, 240, No. 182. Vgl. Schröder, Geschichte des ehelichen Güterrechts 2, 3, 239 f., 370.

Ein scel[4]) was under den râtmannen umme Willeken van Harpenstede unne Wommelen, Jôhannes wîf van dem Hûs, dat Willeken clagede, dat Jôhan van dem Hûs, ere echte unde rechte man, hadde eme vorcôft ên erve, dar se inne sint, unde haddet eme bewîset vor ênen rechten côp, alsô he des vullencomen mach. Hîr antworde de vrouwe to unde sprac alsô: dat dat erve ere echtlich êgen sî, unde hebbe dat beseten jâr unde dach âne rechte bîsprâke, unde hebbe't in hebbender were unt in nut unt in gelde. Dat scêde wi sovene . . . .[5]) alsô: mach Willeken des vullencomen mit sînen tûgen, dat Jôhan van dem Hûs hebbe eme dat erve vorcôft, alsô hîr vorescreven steit, dat scal he eme dar vore dôn, alsô unse statbôk sprik. Och, mach de vrowe des vullencomen, dat se dat erve beseten hebbe, alsô hîr vorescreven steit, sô is se dat erve nêgere[6]) tô beholdende, denne't ere ieman untwinnende[7]).

---

[1]) *so das Original statt:* florenis parvis. — [2]) *dem kaufmännischen Stile entsprechend fehlt* eis. — [3]) *diese beiden waren also blos Bürgen.* — [4]) *vgl. S. 143, Anm. 3.* — [5]) *es folgen 7 Namen.* — [6]) nêgere sîn: *nähern Anspruch haben (in Bezug auf die Beweisführung).* — [7]) untwinnen: *abgewinnen.*

199. (177.) *Gerichtliches Schuldbekenntniss. Bürgschaft. Verpfändung des ganzen Vermögens zur Sicherstellung des Bürgen.* (1344, Mai 28.)

Thomas, Der Oberhof zu Frankfurt am Main, 301, No. 9. Vgl. No. 181 und von Meibom, Das deutsche Pfandrecht, 47 ff., 404, 413 f.

Heinrîch Gîsenheimer von Frideberg hât gestanden an gerichte und hât bekant Heinzin Wîzin sibendehalb phunt und 60 phunt haller gûdir werunge, und sol iem die halp gebin nû bis sante Martîns dag, allir nêhist kummit, und dan daz andir teil des geldis biz fâz-nach allir nêhist dar nâch. Und hât iem dar vore gesast zû burgen Jungen den wessiller, den alden, alsô bescheidenliche: wêrs daz her daz gelt nich ingêbe ûffin die zît, alse vor geschrebin stêd, sô sol der vorgenant Junge invaren in eine uffen hirburge zû leistene; und wan er einen mânt geleistet hât, sô sol der vorgenant Heinrîch Wîze sîn gelt undir den juden nemen ûf des vorgenant Heinrîch Gîsenheimers schaden[1]), alsô her sich bekant hât, daz her ien gedûn sulle, und sol dan der vorgenant Junge alse lange vorwert leisten, bis daz dem vorgenant Heinrîch Wîzin heibitgelt und schade genzliche und gar virgulden wirt. Und dar vore hât der vorgenant Heinrîch Gîsenheimer zû undirpfande gesast dem vorgenanten Jungen vor die burgeschaft sîn deil des hûsis zû dem swarzin Hirmann, und alliz sîn gût, daz her hî hât zû Frankinfurd, daz daz sîn undirphant sol sîn, alsô lange biz her ien ledig und lôs gemachit von dem vorgenanten burgeschaft, ân eit und ân allin schaden.

200. (178.) *Stellvertretungsbefugnisse der Ehefrau in Abwesenheit des Ehemannes. Auflassung.* 1348, Januar 29.

Ennen, Quellen zur Geschichte der Stadt Köln 4, 310, No. 297. Vgl. Schröder, Geschichte des ehelichen Güterrechts 2, 2, 39 ff.

